



47
DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM

De

SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRIS-
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes*

VICESIMA & postrema. P.

Rationem genuinum sensum duorum oraculorum sacro-
rum (Rom. 3, 28. Fide justificari absq; operibus legis, Gal. 2, 21. Si per
legem est justitia, frustra mortuus est Christus.) adversus
Photinianos vindicandi demonstrans.

QVÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo arcis
ad d. 6. Martij Anno clo Io cxvi. in incluta VViteber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLF GANGO FRANZIO, S. S.


Theologiæ Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

M. ABRAHAMO HEINECCIO

Wittebergensi.

WViteberge, Typis Johannis Gormanni.



V I R I S

*AMPLISSIMIS, EXIMIA PIE-
tate conspicuis, singulari prudentiâ clarissi-
mis, Multoq, rerum usu Lau-
datissimis*

Laudatissimarum duarum Rerum-
publicarum in Misnia

T O R G E N S I U M A C O S S I T I -
E N S I U M

Dn. CONSULIBUS, JUDICIBUS,
AC SENATORIBUS MERITISSI-
MIS, DIGNISSIMIS.

*Literarum, Literatorumq, Fautoribus
magnis, Dominis suis honorandis.*

Theologicum hoc Exercitium



Gratitudinis & honoris ergo

Consecrat, ac Mittit

M. Abrahamus Heineccius
Wittebergensis.

Σω̄ Θεω̄.

Quid sit Photinianis FIDES absque operibus legis.

Thesis I.



Estat ultimo loco quaestio explicanda, quando
Apostolus Rom. 3, 28. ait, hominem justificari
fide sine operibus legis, Item Galat. 3, 21. si per legem
justitia, Ergo Christus frustra mortuus est, quomodo
hic sese extricare velint adversarij nostri. Re-
spondet Smalcus contra disputationem sextam
de bonis operibus folio 201: Quod Paulus secun-
dum quid dixit, id Franzius similiter accipit. Paulus
ait, hominem fide justificari sine operibus legis HOC EST sine obae-
dientia qualem lex requirit, Franzius hoc ad omnem obaedientiam
mandatis Dei praestandam refert. SUNT autem MANDATA DEI
praeter legem, & est obaedientia alia, praeter obaedientiam, quam lex requirit,
NEMPE ea, quam Euangelium postulat. Quae ista obaedientia fides sim-
pliciter appellatur. Et sensus est, nos hodie justificari quidem OBÆDI-
ENTIA sed non tali qualem LEX EXIGEBAT. Opera quidem Quid sit Smal-
legis opponuntur fidei, sed non omnia opera simpliciter. Opera quae
opponuntur fidei, sunt perfecta & perpetua divinorum mandatorum ob-
servatio. Qualis opera legis appellantur, quia talem in lege Deus obaedien-
tiam requirebat, & maledictus is erat, qui non omnia perpetuo faceret, quae
lex praecipiebat. Haec ibi. Idem contra disputationem quartam de
justificatione folio 152. Locus Galat. 3, 21. non excludit obaedientiam
omnem, sed tantum eam, quam lex requirit, nempe perfectam & absolutam.
CERTE enim si modus justificationis per legem valeret, frustra Christus
morte sua novum justificationis modum, qui est per fidem confirmasset.
Haec istic.

II. Illam vero sententiam suam quo modo stabiliant audi.
Sic iterum Smalcus contra disputationem quartam de Justificati-
one folio 132. Cum Paulo profiteamur, impossibile fuisse propter carnem legi
Mosaicae ita obaedire, quemadmodum id ea requirebat. Non obaedientiam

igitur,

Qualia opera igitur, qualem lex requirebat, sed qualem Deus sub Evangelio res sub Evangelio requirit, & in qua etiam sub lege acquiescebat, LICET ID NON requirantur REVELASSET, quæ est, ut non secundum carnem, sed secundum Spiritum ad justificationem ambulemus & ad perfectionem perpetuo adspicimus, credimus nem secundum hominem prestare posse & teneri. Nec enim frustra id Deus præcepit, & ab hominibus exigit, quicunque servari volunt. Hæc ille. Illud ipsum repetit contra disputationem 2. de peccato originis f. 55. 56. & contra disputationem sextam de bonis operibus folio 176. 177.

Cujus nam Legis opera ad justificationem non requirantur.

Qualem legem habuerint patres ante Moysen, secundum Smalcium.

Qualis fuerit perfectio legis moralis in Sinâ tradita secundum Smalcium.

Judicium Smalcij, creatura, de legibus Dei, creatoris sui;

II. Notandum igitur est, quod summam docent 1. legem naturæ & revelationes de voluntate divinâ ante Moysen fuisse tenuiores ipsa lege Moysi, 2. sed & legem in Sinâ traditam ipsammet fuisse imperfectiorem lege, sicut eam Christus tandem fecit. Verba si desideras, videre licet loca ista, quæ sequuntur: 1. Contra disp. 4. de iustis. f. 95. ubi docent etsi homini innatum sit, discrimen pravi & recti, tamen illud longe diversum esse ab ea lege, quam Deus in Monte Sinai tradidit, multo enim plura docere legem Moysi, quam legem naturæ, & quicquid homines de Dei voluntate, quæ in lege comprehensa est, ante legem cognitum habuerunt, id partim ex lege naturæ, partim & potissimum ex revelatione divina (quæ nunquam homines à creatione caruerint,) cognitum eos habuisse. Deinde legem Moysi non requisivisse intima opera, etiam illud ultimum de concupiscentia pro externo esse censendum, docent contra disputationem duodecimam de causis peccatorum folio 444 & verba in præcedente disputatione sunt allegata, legem itidem moralem fuisse imperfectiorem in Veteri scedere quam in Novo docent iterum contra disputationem sextam de rebus civilibus f. 269.

III. 3. Præterea docent, perfectiores plerasque leges fuisse humanas in quibusdam quam divinas quæ in lege Moysi continentur. Causam afferunt quod raro lex humana olim aut hodie jubeat ut oculus pro oculo detur, vidisse enim (existimant) homines prudentes, modum istum ulciscendi nimis esse homine sensato & cordato indignum, quem indulserit Deus Israelitis, quia sciebat populum istum esse puerilis judicij & injuriarum impatientissimum. Et quia secundum ipsorum sententiam sequi debuit correctio ipsius legis docent ibidem, nihil certius esse quam præcepta legis moralis per Christum aucta esse & perfectiora reddita,

tra.

contra disputationem septimam de bonis operibus folio 227. A lege etiam permitti polygamiā, ab Evangelio non item, docent contra disputationem septimam de bonis operibus fol. 253.

IV. Ulterius docent in genere sciendum, leges quascunq; si-
ve morales sint, siue judiciales (verbi causa de homicidiis interfi-
ciendis) pro abrogatis censendas esse, quæ non conveniunt cum
analogia Christianæ religionis, & præsertim cum charitate, siue
ex ante legem siue sub lege traditæ sint, contra disp. 6. de reb. civilib. f.
393. In Evangelio non apertè abrogari capitalia supplicia, sufficere
autem totam analogiam Evangelij ad tollenda ista, ibidem. Tem-
pus enim nunc esse gratiæ, Charitatem proximi præcipi perfectis-
simam ibidem folio 391.

Quenam leges
Mosaicae sint
pro abrogatis
censenda jux-
ta Smalcium.

V. Legem divinam moralem, & unā cum illa legem natu-
ræ ad legem Christi reformandam, limitandam, temperandam,
tanquam ad omnium perfectissimam & legum divinarum coro-
nidem, idem etiam multo magis de legibus Imperatorum dicen-
dum, esse tollendas omnes leges, quæ legalibus sunt multò rigidi-
ores & quæ cum Christi sanctissima & mansuetissima religione
convenire non possunt contra disp. 6. de rebus civil. f. 393.

VI. His præmissis jam addunt gratiæ Dei salutem æternam
tribuendā principaliter, sed tamē sine operibus iisq; talibus qualia non
olim Moses sed demum Christus præcepit & reformavit, neminem
salutē æternam consequi posse docent contra disp. 7. de bon. oper. f. 227.

Que opera &
cujus legis re-
quirantur ad
justificationem
secundum
Smalcium.

Quod Decalogi præcepta fuerint etiam ante
Mosen, & post Mosen, ante Christum sem-
per æque perfecta & con-
pleta.

VII. Contra hæc omnia placita nostrorum Adversariorum
docendum & demonstrandum nobis est, legem divinam semper unam
& eandē & æquè perfectam neq; à Christo auctiorē & perfectiorē red-
ditā; sed tantummodo à Pharisæis corruptelis repurgatā fuisse. Hujus asser-
tionis argumenta dāmus illa 1. quod ante legem Mosis in Sina latam, erunt ante
per Genesin legantur satis manifesta documenta omnium decem Mosen.
præceptorum, primum enim 1. Gen. 35, 2. Secundum Gen. 24, 2. 3.

A 3

REV-

tertium Gen. 2, 3. quartum Gen. 9, 24. 25. quintum Gen. 9, 6. Sextum Gen. 38, 24. septimum Gen. 31, 37. octavum Gen. 26, 9. nonum & decimum Gen. 12, 12. & 13, 9. (ubi Loth concupiscit terram Abrahamo promissam, eam occupat & postea incendio pœnas luit) 2; quod etiam ante Mosen, leges ceremoniales de sacrificijs, de mundis & immundis, de ducenda uxore fratris, demortui à fratre, passim extant in Genesi, capit. 4, 4. & 7, 2. 38. 3. Quod execrationes & pœnæ etiam Idololatriæ, homicidij, scortationis, furti, iniustitiæ, &c. passim indigitantur, Gen. 39, 2. & 4, 11, & 9, 6. & 38, 24. & 31, 32. & 40. tum in populo Dei tum apud alios ad quos ex populo Dei promanaverant. Sub Mose eæ leges & illa judicia literis comprehensa sunt, cum antea viva voce, de ore ad os communicarentur. Vide etiam disputationem primam sacrificialem à thesi 40. & ultra. 4. Quod post Christum abrogatis abrogandis tanquam typis Christi manserint reliquæ, nec Christus novas leges protulerit in Novo Testamento, sed tantum corruptelas asperfas absterferit.

II X. Id ad oculum patet ex capite 5. Matthæi, versu 20. *nisi iustitia vestra abundaverit, plus quam scribarum & Phariseorum, nequaquam ingrediemini in regnum cœlorum. Audivistis, quod dictum sit Antiquis (à Phariseis quia horum paulò ante fecit mentionem) Ego vobis dico* (qui volo iustitiam vestram abundare plus) *dico vobis.* Hoc igitur in loco Christus aut Mosaicis aut Pharisæicis explanationibus, Christum non explanationes suas opponit. Prius esse nequit quia Mosis ne unica minima præcedit aut sequitur mentio, sed potius Phariseorum in descriptura interpretantium præcedit expressio. Ergò necessariò posterius esse tenendum, quod non Mosaicis sed Pharisæicis explanationibus explanationem suam opponat Christus.

IX. Deinde quod Explanationes Christi explanationibus non Mosis sed Pharisæicis oppositæ Matth. 5. sint *repurgationes fermenti Pharisæici*, inde patet, quia sicut Matthæi 5. ita quoq; alibi Matth. 15. & 23. *BVS alijs* Christus carpit Phariseos, quod externè tantum opera docerent. *Christus suas* Inprimis attendi debet Matth. 5, vers. 19. ubi carpit ita *docentes* qui solvant etiam unum ex minimis mandatis, cum econtra magnus sit Christo quisquis aliter fecerit & docuerit, Ergo de *docentibus* agit antiquis: Non verò de Mose, aut ijs qui Mose antiquiores illa præcepta de ore ad os alijs tradiderunt. Pri-

X. Præterea de illis loquitur Christus antiquis, qui dicebāt, *Secundum*
qui dimiserit uxorem, det illi libellum repudij, qui concedebant juramen- *Argumentum.*
ta per aurum templi, per donum super altare, & qui contendebant
proximum diligendum, & inimicum odio habendum. At hæc Mofi nun-
quam in mentem venerunt, ut postea videbimus Ergo de Mosai-
cis ipsis præceptorum sensibus seu explicationibus hoc loco non
loquitur Christus.

XI. Insuper probatur illud etiam inde, quia quando jam le-
gem explicavit & reformavit, tandem de illis suis reformationi- *Tertium Ar-*
bus & explicationibus hæc verba subjicit monitoria Christus, *gumentum.*
tanquam ad faciendum juxta suam illam expositionem invitato-
ria, *Omnia quæ vultis ut faciant vobis homines, eadem facite vos ipsis, Hoc*
enim sunt lex & Prophetæ. Et Luc. 6, 31. Christus repetit eandem ad-
monitionem, *quicquid vultis ut faciant vobis homines, & vos facite eis si-*
militer, & quidem eam mediam facit inter antecedentes & conse-
quentes quasdam admonitiones suas, quas pro COMPLE-
MENTIS habent adversarij. Antecedunt hæc, quæ Smalcius ad legis
auctuaria à Christo data, refert, diligite inimicos vestros, benefacite
eis, qui oderunt vos, benefacite maledicentibus vobis & orate
pro calumniantibus vos, & qui te percutit in maxillam, præbe il-
li & alteram, Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tuni-
cam noli prohibere. Sequuntur hæc eadem tum alijs, tum ijsdem verbis.
Si diligitis eos, qui vos diligunt quæ vobis gratia. In medio utro-
rumq; continetur illud, *prout vultis ut faciant vobis homines, & vos fa-*
cite illis similiter. Et hujus Oraculi sensus est, ut sicut nos cupimus
diligi etiam ab inimicis, cupimus nobis benefici ab inimicis, ita
nos quoq; diligamus inimicos, benefacimus inimicis, &c.

XII. Sunt autem eadem præcepta, quæ traduntur Matth. 5,
& 6. & 7. cum illis quæ dantur à Christo Luc. 6. hoc est, utrobique
explicantur præcepta Decalogi. Et Matth. 7, 12. de oraculo, *Omnia*
quæ vultis ut faciant vobis homines, facite & vos illis, adjicit Christus.
Ista enim sunt Lex & PROPHETÆ. Ergo & de Oraculo Luc. 6,
31. usurpandum illud ipsum est, quod & *ISTA* sunt Lex & Pro-
phetæ. *Fiat igitur Syllogismus.*

Quæcunq; Christus dicit contineri in Lege & Prophetis Ve-
reris Testamenti, ea ipse Christus non potest dici protulisse ut no-
va in Novo Testamento. Ac

At præceptum de diligendis omnibus & quibusvis inimicis
Christus dicit extrare in Lege & Prophetis Veteris Testamenti.

Ergò illud præceptum Christus non potest dici protulisse
ut novum in Novo Testamento. *Addatur & ille Syllogismus.*

Quicquid extat in Prophetis Veteris Testamenti, illud non
potest dici protulisse ut novum Christus in Novo Testamento.

At quæcunque Smalcianus Catechismus dicit esse additio-
nes legis à Christo prolatas, illa extant in Prophetis Veteris Te-
stamenti.

Ergò non potest dici protulisse illas Christus ut novas in
Novo Testamento.

Objectio Smalcij contra præcedentia argumenta.
XIII. In disputationibus super Augustanam Confessionem
etiam ex Prophetis Veteris Testamenti fuerunt allegata loca in
quibus reformationes legis à Christo per adversarios indigitatæ
continentur. Quidnam ad hæc allegata responderit adversarius,
audi benigne Lector. Sic igitur Smalcus contra disputationem 7.
de bonis operibus folio 229. *Propheta diversum quiddam sunt certo mo-
do à lege, utpote qui non ita ad omnes Iudeos pertinebant, aut pertinere po-
terant, ut lex, quæ omnibus in universum erat tradita, immò erant & sunt
etiamnum multi ex Iudeis, qui Prophetas non recipiebant, aut recipiunt &
tamen libros Mosis amplectebantur & amplectuntur. Hæc ille ibi. Idem
contra eandem folio 247. Facile fieri poterat, ut aliquid perfectius in
Prophetis tanquam tempore posterioribus contineretur, quod in lege non con-
tinebatur. Et folio 248. Hic iterum Malachia testimonium assertur, cuius
legis, quæ omnibus lata est, testimonio opus est. Idem folio 249. Hic dicitur
Franzj detegendus est iterum, qui pro eo, quod nos dicimus in lege nempe Mo-
sis non contineri prohibitionem istarum rerum, substituit veterem Scripturam,
ut ita ex Ecclesiaste producendi aliquid occasionem habeat. Et folio 250.
eadem prolixius repetit. Omittimus reliqua, quæ in hanc senten-
tiam ex ipso allegari poterant.*

Responsio ad præcedentem objectionem Smalcij.
XIV. Respondemus autem ad illa omnia, Idquæ ex sententia Ser-
vatoris nostri Domini Jesu Christi, qui Prophetas Mose & Mosen
Prophetis, legem Prophetis & Prophetas legi æquiparat. Post-
quam enim Matth. 22. recensuit duo præcepta de diligendo pro-
ximo tanquam seipso, illicò subjicit Salvator noster, *ab istis duobus
mandatis TOTA LEX, & PROPHETÆ pendent.* Ejusdem
sc-

scopi est quando ait Matth. 5, 17. *Non veni solvere legem aut Prophe-
tas. Item quando Matth. 7, 12. ait Omnia quæ volueritis ut faciant vo-
bis homines, ista & vos facite illis. Ista enim est LEX & PROPHETÆ.*
Item Luc. 16, 16, clamare introducit Abraham ad divitem in
tormentis, *Habent Mosen & Prophetas AUDIANT eos.* Immo
interdum sub Prophetis LEGEM & sub Lege Prophetas inclu-
di testantur hæc duo Oracula Matth. 5, 18. *Vnus pex non præteribit
de lege donec omnia facta fuerint.* Luc 18, 31. *Omnia consummabuntur
quæ scripta sunt in Prophetis de Filio hominis.* Nam & in Matthæi cap.
5, v. 17. præcesserat mentio Legis & Prophetarum & quæ Chri-
stus Luc. 18, 31. ante passionem de Prophetis commemorat, ea post
resurrectionem Luc. 24, 44. accommodat ad omnem Scripturam
Veteris Instrumenti his verbis: *Necesse impleri omnia quæ scripta sunt
in Lege Mosis & Prophetis & Psalmis de me.* Paulus quoq; Apосто-
lus Act. 24, 14. & 26, 22. contra Judæos alienos à Christo excipit,
*quod credat omnibus quæ sunt inscripta in Lege & Prophetis & nihil credat
extra ea quæ dixerunt Prophetæ & Moses.* Quin & cum Judæis Ro-
mæ disputat Apóstolus *ex lege Mosis & Prophetis à mane usq; ad ve-
speram.*

XV. Aut igitur Lex & Prophetæ unum & idem de sancta
pietate continent, aut non. Si non continent idem, tum male le-
cucus diceretur Christus, *ab istis duobus mandatis pendere totam Legem &
Prophetas.* Dicit ergo ab istis duobus mandatis pendere totam
legem & ab istis duobus mandatis pendere totos Prophetas.

XVI. Neq; etiam valet instantia, omnia quæ in lege sunt, *Instantia cum
contineri etiam in Prophetis, licet in Prophetis aliquid abundan- Resp.*
tius contineatur, Nam si ita esset, tum Christus omnino non po-
tuisset dicere, Prophetas pendere ab istis duobus mandatis, quod
non sit simul in Prophetis, nec quicquam esse in omnibus Pro-
phetis, quod non simul sit in istis duobus mandatis.

XVII. Quæ cum ita sint non opus esset, ut pluribus respon-
deretur ad ea, quæ contra disputation. 7. de bonis operibus pro-
tulit Smalcus. Interim tamen ut constet Prophetas à Mose nihil
diversi docere, placet, idem denuo demonstratum præbere, tum
ex Mose tum ex Prophetis simul.

XIX. Nisi enim hoc faceremus, poteramus veritatis cœ-
lestis

B

lestis audire proditores, cum Moses nihil diversum à Prophetis nec Prophetæ aliquid diversum à Mose tradant, utur interdum Prophetæ prolixius explicent, quod Moses legislator *ad adjuvandum memoriam strictioribus aphorismis inclusit*, cum etiam adversarij ipsimet totum tempus à Mose ad Christum nominent *tempus sub lege*, cui opponunt tempus gratiæ. Et cum evidentiâ convincantur, sub LEGE à Prophetis talia fuisse prolixius edicta, qualia edocuit Christus, jam resiliere conantur, & non sine blasphemæ suspicionem illas Scripturas repudiare non erubescunt, in quibus ipsam LEGEM Christus ipse comprehendit pronunciat, cum etiam turpissimè sit quod ALIQUOT hodiernorum JUDÆORUM mores imitari quam veritati cedere malunt, qui ALIQUOT hodierni, Daniele exempli gratia Prophetam, prorsus rejiciunt ex numero Prophetarum ex quo animadvertunt suas opiniones contra Messiam quem adhuc expectant, fundamentissimè refutari. Sed ad rem.

1. An Christus adjecerit aliquid primo præcepto Decalogi, de non habendis
Dijs alienis.

XIX. Respondet Catechismus Smalcij *duo esse à Christo adjecta* 1. quod Christus nobis certam orandi rationem præscripsit. 2. quod etiam Dominum Jesum pro eo agnoscere tenemur, qui in nos potestatem habet divinam & cui nos divinum exhibere honorem obstricti sumus. *Ad primum ipsi est repositum à Franzio hoc sensu*, in oratione Dominica duo consideranda esse, 1. materiam cum cum forma interna, & 2. formam externam. *Materiam cum forma interna orationis dominicæ contineri etiam in antiquorum orationibus, solam externam formam non constituere novum augmentum. Ad secundum, in veteri Scriptura etiam doceri adorationem Christi. Revertit ille nunc contra 1, & urget externam formam omnino esse habendam pro additamento. Id quod nos iterum tamdiu pernegamus, donec aliam proferant adversarij probationem. Interim quia quæstio est de Mosaica lege, Mosis ipsius orandi formam inter Psalmos (& quidem loco 90.) relatam eidem objicimus, in qua etiam materiæ orationis Dominicæ optimè conveniet. Et hac for*

Obiectio
Smalcij,
Responsio ad
Objectionem.

7
mula precatos fuisse veteres, inde patet, quia eadem inter Psal- *Psalmi sunt*
mos qui nihil sunt aliud, nisi formæ laudandi, precandi sub Vere- *forma orandi.*
re Testamento ab ipsismet Psalmorum compilatoribus, quicunq;
illi fuerint, cooptatur. Quin & Apostolus ad Eph. 5, 19. jubet nos
loqui etiam *in Psalmis, gratias agentes* semper de omnibus in nomi-
ne Domini nostri Jesu Christi Deo & Patri, sed & nominatim in
Psalmis alijs (inter quos Psalmos, licet non talis, tamen est 90.)
de Christo contineri Prophetias monet Christus Luc. 24, 44.

XX. *Instat autem Smalcus, & nos (inquit) in Catechesi tantum* *1. instantia*
negamus, extrisse antea ullam certam formulam precum, qua o- *cum Resp.*
mines sub lege usi fuerint, & necessario uti debuerint, qualis est ea,
quam Dominus Jesus nobis præscripsit. Verum primùm ipse ad-
versarius fatetur, orationem Dominicam ita esse præscriptam, ut
tamen alijs etiam formis orare nequaquam prohibeamur. Er-
go secundum hanc mentem etiam olim licitum fuit diversis for-
mis orare. 2. nos non allegamus benedictionem sacerdotibus
præscriptam, quâ perpetuo uti debuerunt, Numer. 6, 22, 23. tan-
tum allegamus illum Psalmum qui 1 Paral. 16, 41, 2. Paral. 5, 13.
Esdrae 3, 11. diversis temporibus repetitus & cantatus (Quoniam bo-
nus quoniam in seculum misericordia ejus super Israel) videtur dicendus Varijs formu-
in usu perpetuo fuisse ex mandato quodam, & simul jubemus alios *lis precum, quæ*
considerare, in quibus populus monetur ad laudes diversas recen- *les sunt Psal-*
sendas, quorum plurimi sunt & qui propter iteratas illas admoni- *mi, olim, ora-*
tiones iterari & ipsi necessum habuerunt. Etsi verò multi Davidis runt sancti, sic-
aut alterius nomen præfixum habent, tamen non propterea fit il- *cut hodie licet*
lud, quod David eorum fuerit auctor quanquam fuerit illustrator, etiam varijs u-
Psal. 66. Jubilate Deo omnis terra item Ps. 91. & 92. & 93. & 94. ti. Psalmis.
& 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100. qui omnes etiam à Mose
scripti censentur ab eruditis. Ergo hæc fuerunt sub lege certæ for-
mæ precum & laudum divinarum, quas non tantum in templis
sed & in ædibus privatis usurparunt, qualis etiam fuit hymnus *In domibus usi-*
post epulas paschales cantari solitus Matth. 26, 30. quem eruditi tatè orant ho-
dicant fuisse 113. 114. 115. 116. 117. 118. id quod & propter materiz mines id, quod
Paschalis convenientiam prorsus est probabile. Et hæc congruunt in templis ora-
cum praxi N. Test. ubi Christus Matt. 5. etsi monet orandum esse in vi audiunt,
oculto & breviter & perfectissimè nimirum hæc capita Sanctificetur, &c.

tamen inrerim alias formas non abrogat. Hinc enim est quod docet Apostolus Ephes. 5. recitandos Psalmos, hymnos, cantiones spirituales.

2. Instantia
cum Resp.
Arrige aures
benevole le-
ctor.

An in V.T pre-
catio fuerit
mandata.

XXI. Instat secundo Smalcus; & nunc (inquit) ut apertius dicamus, quod res est affirmamus, non tantum nullam precandi formulam præscriptam, sed nec precationem ipsam olim præceptam fuisse in lege. Preces ad Deum concepisse interdum viros quosdam sanctos, certum est, sed præceptum illud omnibus perpetuo alicubi fuisse, docere nemo potest, cuius rei causa alibi à nobis explicata sunt. Ad hoc respondetur, orationem tum fuisse præceptam, 1. quando ante lapsum fuit propositus Adamo cultus unius Dei, cuius pars præcipua est oratio & ejus gratia simul institutum sabbatum Gen. 2, 1. 2. Exod. 20, 8. & sequentibus. Ad Sabbathi cultum cum primis pertinere adorationem docent vestigia Esa. 66, 23. *Erit de Sabbatho in Sabbathum, veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea dicit Dominus.* 2. quando post lapsum sacrificia tuere instituta. Nam in omni sacrificio requirebatur vera poenitentia & deprecatio peccatorum, poenarumq;. Vide disputationem sacrificialem tertiam. 3. quando per Moysen fuit repetitus Decalogus Ex. 20. ubi præceptum primum in sese completi invocationem patet ex Deut. 6, 12. 13. 14. 15. & ex Matthæi 4, 10. Nam loco Deuteronomij dicto repetitur primum & secundum præceptum cum hac declaratione, *Cave tibi ne obliviscaris Iehovam qui eduxit te è terra Ægypti è domo servorum, Iehovam Deum tuum timebis. & ipsum coles. & per nomen ejus jurabis, Non ambulabis post Deos alios.* Christus ea verba sic effert, Matth. 4, 10: *Scriptum est Dominum Deum tuum adorabis & ei soli servies.* Nec judicabimus in FUTURIS Smalcium velle causæ suæ patrocinium quærere, quæ apud Hebræos pro PRÆSENTIBUS usurpari quis est qui ignoret?

XXII. Hoc primum præceptum de colendo & invocando vero Deo in Exitu ex Ægypto in monte Sinai promulgatur, & non tantum promulgatur Israelitis, sed omnibus omnino hominibus. Erant tum inter Israelitas etiam Ægyptij quamplurimi. Exod. 12, 38. Num. 10, 31. & 11, 4. qui commoti miraculis in Ægypto factis una exhibant, licet spem educationis, & occupandæ terræ Chanaan non haberent ullam. Interim tamen mandatis istis simul con-

strin-

stringebantur, quod alibi est evictum, sed nec tum primo *marum*
est primum præceptum, cum Jacobus Genes 35. 2. de alienis dijs *not*
colendis suam Ecclesiam erudierit, ex quo annon recte inferamus,
inter patres inde ab Adamo primum præceptum Decalogi viguisse, & ita sta-
tim Adamo & in persona Adami toti generi humano fuisse præceptam &
mandatam invocationem Dei, unicuiq; in hac causa fautori & adver-
sario judicandum committimus.

XXIII. Aliam dat instantiam Smalcij, quod nimirum in 3. Instantia
Psalmis non contineantur contenta orationis Dominicæ. 1. *Quis Smalcij cum*
enim (inquit) unquam in Vetere Testamento Deum oravit, ut ita facerent Resp.
voluntatem Dei homines, *Quemadmodum eam faciunt Angeli cœlestes. Vel Lector expen-*
quis unquam sub Vetere Testamento Deum ita orare potuit, ubi multa lice-
bant, quæ cum ista sanctitate Angelicæ ex diametro pugnant. Vel quis unquã
aternam salutem à Deo oravit sub Vetere Testamento, vel orare disertè etiam
potuit, cum nondum ea esset promissa cuiquam. 4. Quis unquam talia ad ne-
cessitatem suam pertinere intellèxit, ut detur nobis Spiritus sanctus, cum hoc
sit proprium promissum novi fœderis & nemini datus sit Spiritus sanctus, pri-
usquam Iesus glorificaretur. 5. Quis sub Vetere Testamento credidit, vel crede-
re potuit ad necessitatem suam pertinere, ut Deus peccata remittat? cum sub
Arrige aures
LEGE nullus esset remissionis peccatorum, quæ sunt verè peccata, locus, lector.
sed quicunq; Legem Mosis transgrediebatur ei absq; misericordia ad testimo-
nium duorum vel trium moriendum erat. 6. *Quis unquam sub Vetere Testa-*
mento Deum commovere ad misericordiam sui potuit, spondendo remissionem
debitori suo, ubi licebat par pari reddere, & ubi pientissimus quisq; ita ple-
runq; faciebat? ut etiam in ipso Davide apparet, qui jam jam moriturus, fi-
lio Salomoni diligenter commendabat vindictam de Ioab, quem sibi fecisse
quadam commemorat, & Simei, qui ipsi convitiatus fuerat olim, sumendam,
quod si quis faceret hodie, actum esset de illius salute. Hæc ibi.

XXXIV. Antequam verò ad hæc objecta ordine respon-
deatur, monendus est lector de stilo Smalcij, qui jam **SUB LE-**
GE & SUB VETERE TESTAMENTO, hæc duo cogi-
tur accipere pro uno & eodem, cur igitur doctrinam sub **LEGE**
aut doctrinam sub Vetere Testamento vigentem non vult peti et-
iam ex Prophetis, sed tantum ex Mose cum æquè Prophetæ atque
Moses vixerint sub tempore ita dictæ legis, seu sub Vetere Testa-
mento. Eò minus igitur stomachetur, quod non volumus, ut

etiam nec debemus præterire Prophetarum Scripturas in hiscè
quæstionibus *tempus sub lege*, seu tempus sub Vetere Testamento
concernentibus expediendis. Sed ad rem.

I. XXXV. PRIMUM quærit adversarius, *quis unquam in Ve-*
An in V. T. sci- tere Testamento Deum oravit, ut ita facerent Dei voluntatem homines quem-
verint homi- admodum eam faciunt Angeli cælestes. Respondetur, si nihil amplius ad *des-*
nes, orandum set, sufficeret unicus Psalmus 148. in quo invitantur omnes crea-
esse, ut fiat vo- turæ in cælo & in terra ad laudandum Deum. Laudate eum in cæ-
luntas DEI, utlis, in excelsis, Laudate eum omnes Angeli, omnes stella luminis, omnes
IN COELO voragine, ignis & ventus, faciens verbum ejus, omnes populi, principes, &
ita & in terra. omnes iudices terræ, juvenes, & virgines, senes cum junioribus. Fieri autem
nullo modo potuit, quin hunc Psalmum legentes, recitantes, can-
tantes sibimet non precati fuerint à Deo tale obœdientiæ studi-
um, quale est in Angelis, stellis, voraginibusque suo modo, ad-
eò ut æquè intellexerint omnes illud votum, sicut omnes Chri-
stiani intelligere debent illud, petitionis tertiæ argumentum,
in quo exoptare decet, ut fiat ita voluntas à nobis, sicut fit ab
Angelis sanctis in cælo. Aut enim compellat Propheta Ange-
los & stellas ad laudandum Dominum, aut significat & indicat,
cum Angeli & stellæ & voragine omnes suo loco, & cum sui discri-
minis modis laudent Dominum, ut multo magis homines ad simi-
lem affectum erga Deum extimulentur. Prius illud locum ha-
bere non potest, quia qua ratione possent humanæ creaturæ al-
loqui cunctos Angelos Dei & omnes exercitus ejus, qua ratio-
ne possent rationis vacuas creaturas, solem, lunam, stellas lumi-
nis, cælos cælorum, aquas supra cælos, voragine, ignem, gran-
dinem, nivem, ventum, montes, colles, bestias alloqui, & con-
citare ad laudandum Dominum. Posterius igitur tenendum est,
& hoc ita se necessariò habente, in Vetere Testamento contenta
materia & interna forma Dominicæ precationis non deerat, licet
in ea forma externa, quæ in oratione Dominica hodie cernitur,
non extaret.

2. XXXVI. SECUNDO dicit Smalcius, *quis unquam sub Ve-*
An in V. T. fu- tere Testamento Deum ita orare potuit, ubi multa licebant, quæ cum ista san-
erint multa ctitate Angelica ex diametro pugnant. Respondetur & i. *negatur in Ve-*
que cum san- tere Testamento multa fuisse licita, quæ cum sanctitate Angelica è
ctitate Angeli- dia-
ca pugnant.

diametro pugnarent, de quibus postea sequetur. 2. *asseritur, si in* Vetere Testamento multa fuerunt licita, quæ cum sanctitate Angelica è diametro pugnarent, tum frustra in Vetere Testamento usurpata fuere *exempla Angelica*. At frustra in Vetere Testamento fuisse usurpata exempla Angelica nemo dixerit, quin potius æstimandum veniet, cunctis pijs sub Veteri Testamento notissimum fuisse, quod Angeli in expedienda divina voluntate fuerint humilissimi, sanctissimi, fidelissimi, constantissimi, & omnium vitiorum expertes, & ipsos pios hac de causa alijs ea exempla usurpasse & inculcasse.

XXXVII. Legatur saltem 1. Sam. 29. de rege Philistinorum Achis, qui Davidem noverat *bonum in oculis suis sicut Angelum Dei* versu 9. *hoc est*, non deprehenderat in eo quicquam perfidiæ vel fraudis vel suspicionis, usque ad diem illam, à die illa quâ accesserat David ad ipsum versu 3. *aut juxta versum 6.* ubi ait, *Vivit Iehova quod rectus es, & bonus in oculis meis est egressus tuus, & ingressus tuus mecum in castra, non enim inveni in te malum à die quâ ingressus es ad me usque ad diem hanc.* Legantur etiam 2. Samuel. 14, 17. similia verba ad Davidem regem accommodata à muliere Thecuiride. *Sicut enim Angelus Dei, sic est Dominus meus rex ut audiat, quod bonum & quod malum, & Iehova Deus tuus tecum.* Item 2. Sam. 19, 27. ubi Mephiboseth claudus refert quod Davidem exulem equitando sequi voluisset, nisi servus claudus ipsam asinam subtraxisset & doler, quod eum tamen servus apud Davidem accusasset, quasi malitiosè, exulantem Davidem sequi noluisset, simulquè sperat, quod ex iræ affectu præcipiti nihil severi in eum nondum auditum sit statuturus. *Domine mi Rex, inquit, Servus meus decepit me, dicebat enim servus tuus, (Ego) sterne mihi asinam, & equitabo super eam, iboq; ad Regem, claudus enim est servus tuus, (& servus Mephibosethi claudi hoc non fecit, quin etiam insuper) Et accusavit servum tuum apud te Dominum meum Regem, Dominus autem meus Rex est sicut Angelus Dei, fac igitur quod bonum est in oculis tuis.* Non enim fuit universa familia patris mei nisi viri mortis Domino meo Regi, & tamen posuisti servum tuum (me) inter convivias mensæ tuæ. Hæcibi. Ex his plus satis constat, in populo Dei sub Vetere Testamento fuisse notissimū angelos in Dei voluntate expedienda reperiri fidelissimos constantissimos, &

& sanctos homines studuisse (quidni etiam exoptasse?) æmulari
tales angelicas virtutes.

XX XII. Sciebant præterea etiam ex Jobi 38, 7. statim jam
olim filios istos Dei jubilasse & cantasse Deo: Psal. 97, 7. Hebr. 1, 6.
istos Deos adorare Deum Psal. 102, 21. istos benedicere Deo faci-
entes verbum ejus, ad obtemperandum voci verbi ejus: Psalm.
148, 2. laudare Deum omnes Angelos & omnes istos exercitus e-
jus, unde fuit inter veteres phrasid, *de linguis seu eloquentijs Angelorum*
quarum mentionem facit Apostolus 1. Cor. 13, 1. infinitos cun-
ctos Angelos cum delectatione interfuisse promulgationi Deca-
logi in Sina, Exod. 14, 19. Deut. 33, 2 id quod repetitur & expli-
catur in Novo Testamento, Act. 7, 54. Gal. 3, 19. Quæ omnia ef-
ficient, in Vetere Testamento fuisse cogitationes & collocutio-
nes, & admonitiones creberrimas, cum votis conjunctas, de imi-
tanda vita Angelorum innocentium, non aliter, atq; nos in No-
vo Testamento inculcamus & exoptamus nobis mutuo Angelo-
rum virtutes, qui cantarunt cæcæ Christo recens nato Luc. 2,
13. qui ministrarunt Christo Matth. 4, 11. qui ministrant pueris
Matth. 18, 10. tanquam ministratores officiales, Hebr. 1, 14. (*Λει-*

Quomodo An- *τρεγγια πνευματα* officiales Spiritus, Essentiâ potestateq; superiores qui
geli ministrent dem & tamen gratificantes creaturis inferioribus, sicut Advocatus doctrina
hominibus ut divitijs & dignitate excellentior sit *Λειτρεγγιος* mendico rustico) qui desi-
inde dignitati derant introspicere in ea, quæ de Christo annunciantur 1. Petr. 1,
ipsorum nihil 12. qui non ferunt accusationem adversus potestates 2. Pet. 2, 11.
decedat. qui in cælis laudant Christum Apoc. 5, 12. Sicut ante nativitatem
Christi cantabant Sanctus, Sanctus, Sanctus, Esa. 6, 3. Viderit igitur
Smalcus, an non in veteres sanctissimas patriarchales Ecclesi-
as graviter peccet, dum eas passim ruditatis & præterea impieta-
tis (aliter enim appellari non possunt, quæ cum sanctitate Ange-
lica pugnant) accusat.

3. XX XIX. TERTIO dicit Smalcus, *quis unquam eternam*
An veteres in salutem à Deo oravit sub Vetere Testamento vel orare etiam disertè potuit,
V. T. salutem cum nondum ea esset promissa cuiquam? Responderur ad hanc quæsti-
eternam ora- onem sufficienter disputatione præcedente, & obiter admiscendo,
rint. licet Ezechielis 37. vivificatio ossium aridorum significet liberati-
onem Israelitarum ex captivitate Babylonica, licet etiam obtine-

re possent, (quod nondum factum est) Danielis 12, 2. ad eandem materiam pertinere verba Angeli, qui dicit aliquos excitandos ad VITAM ÆTERNAM (quam vocem notabit adversarius, ut puta veteris Scripturæ) aliquos verò ad opprobrium ÆTERNUM, tamen negare non possent, hanc allegoricam elocutionem, seu hos tropos potentissimè evincere, fore resurrectionem mortuorum, fore evigilationem aliquorum ad vitam, aliquorum verò ad opprobrium sempiternum. Nisi enim hæc essent promissa, inculcata, edocta, omnibus trita, non potuissent Prophetæ ab illis ipsis pro ipsis veteribus de solutione captivitatum mutuari suas allegorias & tropos, & afflictos Judæos satis firmiter consolari.

XL. Ex quo ipso iterum docti & indocti concludent fortissimè veteribus cognitam & promissam fuisse vitam æternam. Sicut autem certò promissa fuit, ita quoq; rogata fuit à veteribus vita æterna à Deo. Ezech. 18, & 33. non potest esse sermo de corporali felicitate & vita, quia magno numero ordineq; moriebantur morte corporali, qui tamen sanctè vivebant, ut Prophetæ ipsi. Necessario igitur ita temperat suam doctrinam & prædicationem Prophetæ, ut & de æterna morte & æterna vita differat. Apud Ecclesiasten Cap. 11, 9. vel ut alij computant 12, 1. dicit Spiritus sanctus, Deum propter omnia adducturum hominem in iudicium, quomodo igitur potuerunt ultimum iudicium & æternæ vitæ & mortis initium illud ignorare, nam multa in hac vita non recompensari bona, & mala non puniri ipsemet ex experientia dididit & inculcat cum primis capite 8. divinissimus auctor istius scripti. Neminem autem de hac sententia dimoveat illud prima fronte conspectum Rom. 1, 17. *Iustitia Dei (per Evangelium) manifestatur ex fide in fidem, sicut scriptum est, justus ex fide VIVET* (in æternum, sicut in Ezechiele solum VIVERE aut solum MORI usurpatur) item illud Eph. 3, 5. *quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum, sicut nunc est sanctis Apostolis ejus & Prophetis in spiritu, gentes esse cohæredes & concorporales & conparticipes promissionis in Christo Iesu per Evangelium ejus.* Nam Apostolus ad Hebræos 9, 8. illud optime explicat, nondum olim patefactam fuisse viam ad sacrarium, priore tabernaculo adhuc consistente, quod erat Exemplar, At Christus accedens per proprium sanguinem ingressus est semel in sa-

C

cra-

erarium. Et 1. Pet. 1, 20. præordinatus fuit Christus ante facta fun-
damenta mundi, patefactus ultimis temporibus propter nos. Non
igitur veteres ignorarunt vitam æternam, non ignorarunt Messi-
am, non ignorarunt beneficia Messia, non ignorarunt passionē &
meritū eius, sed ipsis nondū fuit id omne suis temporibus revela-
tum, sicut nobis hodiē, expectarunt sed non obtinuerunt promif-
sum ut Heb. 11. dicitur. Et quomodo Enochum & Eliam ignoras-
sent in vita æterna degentes. Hos cur rapuisset Dominus in cælū.

XLI. Tacemus de matre septem filiorum. 2. Macc. 7. ubi con-
solationes in morte exaudiuntur ductæ à spe vitæ æternæ. Sic e-
nim secundus frater v. 9. extremum agens spiritum ait: *Tu quidem
infectissime carnifex presentem nobis vitam eripis, ille verò mundi Rex nos pro
legibus suis morientes ad resurrectionem vitæ æternæ revocabit.* Et ter-
tius v. 11. *Hæc membra è cælo accepi, hæc eadem sperno propter leges ejus à quo
spero me rursus ea receptorum:* Et quartus v. 14. *Optabile est abjecta spe
humana fretos divina, expectare à Deo eam resurrectionē qua ipsi ad
vitā revocentur.* Idem facit mater v. 23. 27. 28. ubi postulat ab uno filio
ut suscipiat in cælum, nec metuat Deum, sed mortē suscipiat ut per clementiā
omnes filios recipere possit. Et si v. libri hi nō sunt Canonici, tamē
ut meri historici ostendū, Judæos ita intellexisse sacras Scripturas
de vita æterna, quæadmodū hæctenus in hoc tractatu fuit ostēsū.

4
An veteres in
V. T. sciverint
sibi opus esse
Spiritu sancto.
Minoris prima
probatio.

XLII. QUARTO dicit Smalcus: *Quis unquam talia ad ne-
cessitatem suam pertinere intellexit, ut detur nobis Spiritus sanctus, cum hoc sit
V. T. proprium promissum novi fœderis & nemini datus sit Spiritus S. priusquam le-
sibi opus esse sus glorificaretur? Respondemus, cujuscunq; rei exempla & post exempla
Spiritu sancto: extant promissiones, de illa re antiquis promissiones datas fuisse necesse est, At
in V. T. extant exempla de communicato piis Spiritu S. & extant post ea pro-
misiones de communicando eodem. E. de Spiritu S. promissiones veteribus o-
lim datas fuisse necesse est. Minorem probamus I. Ex Gen. 6, 3. Nō con-
tendet Spiritus meus cum hominibus in seculū, ubi Spiritus seu po-
tentia, nō anima hominis innuitur, siquidē tandē dicit clarissimis
verbis, quid velit Spiritui hominū facere, *Delebo homines illos. 2. &
tamen adhuc spacium pœnitendi vult dare 120. annos in quibus ad-
huc cum hominibus contendet, per Noam tentaturus, utrum servare i-
psos possit à præsentissimo meritissimoq; interitu. Quicunq; igitur
contendit per verbum bonum cum homine, is hominem sui effectus participem
red.**

reddere conatur, Spiritus divinus seu Spiritus sanctus contendit cum hominibus antediluvianis per verbum bonum. E. conatur eos sui effectus facere participes, Item, Quicumque conatur reddere effectus sui participes, is & alios reddere, alios non reddere fuit antea animadversus participes. Spir. S. antediluvianos sui effectus participes reddere conatur. Ergo & antea idem conatus, aliquos reddidit, aliquos non potuit reddere suae efficaciae participes, & per consequens, per verbum fuit communicata operatio seu virtus Spiritus S. hominibus & de eodem per verbum communicando patribus antiquissimis à Deo fuerunt datae promissiones & quia omnium creator Deus semper omnes voluit & singulos salvari, datae fuere pro omnibus eadem promissiones, sicut etiam tum temporis Spiritus sanctus conatus fuit suam operationem communicare toti toti, primo sic dicto mundo, sicut Nehemiae 9, vers. 20. toti Israeli.

XLIII. Instat 1. Smalcus: nullo prorsus modo (inquiens) necesse est datum fuisse alicui S. S. quia se alicui opposuerint. Possent enim dici Spiritui sese opponere homines, quatenus verbo Dei quod Spiritu divino auctore traditum est, resistunt. Respondetur, rectè, resistunt homines verbo Dei quod Spiritu divino auctore traditum est, & (addendum enim hoc est) quod in eis immutare aliquid conatur. Contendere enim Spiritus Dei cum hominibus dicitur, quia in hominibus aliquid corrigere & emendare satagit, ut à carnalibus ad caelestia & spiritualia magis anhelent. Exemplo res fiet plana: serpens contendit in Paradiso cum Eva, sed quo fine, id experientia testatum fecit. Instat 2. idem, de Spiritu vero Dei sancto, qui sub novo fœdere credentibus solis datur, sermonem ibi esse, neminem vel cogitasse, quidem credo. Respondetur Ergo ne alius fuit Spiritus sanctus in Vetere Testamento, & alius est in Novo Testamento, aut, ut cum Smalcio ex hypothese loquamur, num in Vetere Testamento, alius fuit Deus, aut alia potentia Dei (operans in hominibus per verbum) à Deo & à potentia Dei in Novo Testamento? Instat 3. Smalcus: Si verba Genes. de Spiritu qui in Deo & potentia Dei est accipiuntur, quid queso haec omnia quae ex Novo Testamento Galat. 5. (de carne concupiscente adversus Spiritum vel de Spiritu mortificante opera carnis) ad illum pertinebunt. Nam (quod

Smalcij Regestio 1. cum Resp.

2. Regestio Smalcij cum Resp.

3. Regestio Smalcij cum Resp.

habet contra disputationem sextam de bonis operibus fol. 167.)
opponitur ibi fructus Spiritus operibus carnis. Quemadmodum igitur opera
carnis sunt ea, quæ ab affectibus hominum proficiuntur, sic fructus Spiritus
et bona opera esse videntur, quæ à ratione hominis divina revelatione quæ in
Euangelio continetur, illustrata promanant. Nam statim additur, si Spiritu
vivimus, Spiritu etiam ambulemus. Hæc omnia ille. Respondetur
Spiritus non potest hoc loco pro RATIONE nudè considerata
accipi. Nam ex Gal. 3, 2. 3. 5. & 4, 6. & 5, 5. apparet intelligendum
esse Spiritum auxiliatorem, per verbi prædicationem communi-
catum & inhabitantem in homine, Ex operibus legis accepistis Spiritu-
m, an ex fide, inquit, Sed quis Spiritum seu rationem ex lege accipi-
et. Idem, emisit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra. Sed adversari-
us ipse cogitur vel invitus fateri sermonem esse de ratione homi-
nis divina revelatione quæ in Euangelio (quod tamen etiam in
Vetere Testamento fuit) continetur illustrata. Et sic tamen ma-
net in Genesi esse magnam convenientiam cum loco Gal. 5.

Minoris secun-
da probatio.

Regestio Smal-
cij cum Resp.

X L I V. Minorem præterea probamus ex Psalmo 51, 12. 13. 14.
Cor mundum crea in me Deus & Spiritum rectum innova in visceribus meis,
ne projicias me à facie tua & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me, Redde
mibi leticiam salutaris tui & Spiritus voluntarius confirmet me. Instat
Smalcijus his verbis: Non (datum olim & datum quibusdam paucis, sed
promissum & promissum fuisse omnibus, qui legi essent obædientes, Spiritum
sanctum in vetere fœdere) negatur. Posse autem dari præsertim quibusdam,
quales erant Propheta & inter eos David ID QVOD EIS PROMIS-
SVM non ERAT nemo dabit. Hæc ille. Respondetur Davidem ha-
bere considerationem duplicem, quatenus Prophetam & quate-
nus aliam Ecclesiæ Israeliticæ alumnus. De Davide considerato ut
Propheta, Smalcij verba intellecta concedere possumus, De Davide
ut alumnus Ecclesiæ Israeliticæ considerato, qui antea fuerat obædiens & per
verbum à Spiritu sancto illustratus, nunc verò inobædiens & Spiritum san-
ctum excusserat, verba Smalcij intellecta sunt falsissima. Non au-
tem primo sed secundo respectu considerari debent verba Psal-
mi, quia agitur de peccatore Davide, non de Propheta Davide. Et
hoc pacto exemplum Davidis ad amissim congruit cum illo, de
quo supra ex Gen. 6, 3. fuit actum, inquam sententiam plura ad-
dere non lubet.

45. Cum-

XLV. Cumq; Exemplum Davidis ut peccatoris resipiscentis hoc loco consideretur, quid prohibet nos ad omnes peccatores resipiscentes illud accommodare, præsertim cum ex *Socino ipso* in præcedente disputatione audierimus, veteres ante legem non nisi ex exemplis remissorum magnorum peccatorum de sese quoq; consolationem capere solitos fuisse. Si igitur David sensit sine auxilio Spiritus sancti, nihil in sese boni reperiri posse quo ad vitam piam, multò magis & rectissime omnes alij sub Vetere Testamento hoc idem sentire & statuere, adeoq; à Deo talia petere debuerunt. Spiritus contritus & humilis est qui dolet, tremit ac sibi ipsi plurimum irascitur & displicet propter corruptionem & peccatum, idq; non aliter, quam ad verbum Dei quod peccata exaggerat.

XLVI. Minorem ulterius probamus ex alio exemplo apud *Minoris tertia probatio.* Esaiam Cap. 63. ubi loquitur de ingentibus exercitibus Israelitarum ex Ægypto eductis, qui in deserto rebelles fuerunt & irasci fecerunt Spiritum sanctum ejus, dum operationem ejusdem per ministerium verbi collatam non bene & constanter acceperunt. Perstringit autem istis verbis malitiam non unius tantum temporis & facti sed perpetuam & in qua ad huc tempore istius Prophetæ commorabantur juxta modum Esa. 6, 9. 10. ipsis objectum. Similia his sunt in Novo Testamento Eph. 4, 30. ubi monet Apostolus *credentes, ne contristent Spiritum sanctum Dei, per quem sint obsignati in diem redemptionis.* Veteres igitur isti hæc omnia optimè intellexerunt & simul in nobis similem Spiritus sancti operationem prævidentes Es. 4, 3. (Spiritum videlicet judicij & ardoris) & tunc sibi metipsis quoad animarum salutem quam optimè consulere auxilio Spiritus sancti sategerunt.

XLVII. Instantia illa Smalcij, quod nemini datus sit Spiritus sanctus antequam Iesus glorificaretur, *Regestio Smalcij cum Resp.* Ioh. 7, 39 non est alicujus momenti, siquidem omnes intelligent de illo Spiritus sancti dono visibili & miraculoso agi, de quo statim post glorificationem Christi in Actis 2, 17. ex Joele 2, 28. refertur, & quæ Johannes prædixerat Matth. 4, 3. II. ipse baptizabit vos Spiritu sancto & igne. Conferantur inter se hæc sequentia loca & res fiet planissima Act. 1, 5. & 2, 4. 16. 17. & II, 15. 16. 17.

Verum in V.T. XLIX. QUINTO dicit Smalcus, quis sub Vetere Testamento fuerit locus Re credidit vel credere potuit ad suam necessitatem pertinere, ut Deus peccata remissioni peccatorum, cum sub lege nullus esset remissionis peccatorum, quæ scilicet verè peccata sunt, locus, sed quicumq; legem Mosis transgrediebatur, ei absq; misericordia ad testimonium duorum vel trium moriendum erat.

Respondemus 1. quid sibi voluit tota splendidissimaq; actio sacrificiorum, aliud quam ut homines cuncti consequerentur remissionem peccatorum per totum Leviticum propemodum. Alia& superius prolixè declarata nunc non repetimus. Anniversarium sacrificium Levit. 16. Dei jussu ita instituitur, ut jubeantur & urgeantur singuli ad statum diem affligere animas suas tam peregrini quam indigenæ, ut emundari possint ab omnibus peccatis, ab omnibus iniquitatibus, ab omnibus prævaricationibus. Quis quæso tum hominum esse potuit, qui non credidisset ad sui necessitatem pertinere, ut Deus peccata remitteret ipsi, cum Deus creaturæ suæ felicitatem sitiens hoc ipsi præclarissimum medium consequendæ remissionis peccatorum subjecisset ipsemet.

XLIX. 2. Quid sibi aliud voluit Psalmus 32. Beati quorum remissa sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata, Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, Item dixi confitebor adversum me injustitiam meam Domino & tu remisisti impietatem peccati mei. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. 3. quid illud sibi voluit Ezechielis de grandissimis peccatis loquens Cap. 18, 21. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est & custodierit omnia præcepta mea & fecerit justitiam & iudicium, vita vivet, & non morietur, omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor, in justitia sua, quam operatus est, vivet. Loquitur autem ibi de tali impio, qui est latro effundens sanguinem, comedens (de sacrificijs illegitimis) in monte, polluens uxorem proximi sui, contristans egenum & pauperem, rapiens rapinas, non reddens pignus, levans oculos suos ad idola, faciens abominationem, dans ad usuram, &c. De talibus peccatis notæ sunt constitutiones divinæ quam graviter & quædam morte plecti debeant. Et tamen peccatoribus talibus agentibus penitentiam promittit remissionem, non mortis naturalis, ut vocari solet, quia deprehensis & notorijs latronibus parcere non licebat, quod ipse Smalcus rectè innuit, sed æternæ, quæ necessario est hoc loco interpretanda id quæ etiam pro-

pter hanc causam, quia, ut alibi monstratum, etiam post remissam culpam, tamen Deus sapientissime & plerunq; semper poenam temporalem infert, ut 2. Sam. 12, & 24. patebit.

L. Omittimus alia quamplurima in hanc sententiam passim *Instantia cum* omnibus obvia. At inquit Smalcius sub lege nullus fuit locus remis- *Resp.* sionis peccatorum, quæ vere sunt peccata, hoc est, grandia & moribus plectenda. Verum 1. apud Ezechielem dicit contrarium Dominus, ut jam vidimus, deinde in sacrificijs omnis generis grandia peccata potuisse expiari, probatum est sub initium disputationis sacrificialis decimæ quartæ, quæ scilicet nõ erant prorsus notoria, nam notorijs debebantur citra misericordiam poenæ divinitus constitutæ, juxta illud Hebr. 10, 28. Quod vero Hebr. 6, 4. & 10, 26. *ultroneo veritatis abjectori nulla pro peccato reliqua hostia esse dicitur* ostendunt ibidem antecedentia & consequentia, sermonem esse de homine veritatem Christianam optimè sibi cognitam petulanter & blasphemè abjiciente, cujus hominis periculosissimus est status, siquidem vel voluntariè & blasphemè pergit in ista apostasia, & poenitentiam nunquam agit, vel in desperationem à Sathana truditur.

LII. SEXTO Smalcius inquit, *Quis unquam sub Vetere Testamento Deum commovere ad misericordiam sui potuit, spondendo remissionem debitori suo, ubi licebat par pari reddere, & ubi pientissimus quisque ita faciebat, ut etiam in ipso Davide apparet, qui jam jam moriturus filio Salomoni diligenter commendabat vindictam de Ioab, quem sibi fecisse quædam commemorat, & Semei, qui ipsum olim convitiatus fuerat, sumendam: quod si quis hodiè faceret, actum esset de illius salute.* Hæc ibi, de quinta petitione orationis Dominicæ loquens, cujus illam partem *SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS:*) ignotam & inusitatam fuisse putat. *6. Vtrum sub V. T. proximo remittenda peccata fuerint.*

LII. Respondetur, veteribus rem seu partem quoque illam ignotam non fuisse. Id quod hac ratione planum fiet. Exod. 23, ver. 4. 5. *quilibet jubetur inimici asinum errantem reducere, subonere decumbentem juvare, Levitici 19, 17. 18. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, corripiendo corripies proximum tuum, nec habeas super illum peccatum. Non quaras ulsionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum, Diligas proximum tuum sicut teipsum, Ad has leges æq; sicut ad alias leges* di-

divinas accommodari debent comminationes divina Deut. 27, 24. 25 *maledictus qui percusserit proximum suum absconditè, maledictus qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit*; Ecce si maledictus aliquis pronuntiatur, is propter peccata sibi non remissa maledictus est dicendus. Et talis est, qui quærit ultionem adversus proximum, est memor injuriarum, odit proximum, non juvat cum possit inimicum, quia nimirum inimico debita seu peccata non vult remittere.

*Lex rationis
plenius decla-
rata.*

LIII. Interim cum hac lege creatotis non pugnat altera e-
jusdem creatoris nostri lex, tum alibi passim tum Exod. 21. recita-
ta: *animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente*: Contextus
autem ibidem demonstrat, diligenter attendendum esse ad dis-
crimen inter peccata petulantissimè malitiosissimè & in proximi
perniciosissimum detrimentum, commissa & inter peccata ex in-
firmitate, incogitantia, similibusq; occasionibus designata. Deut.
19, v. 21. dicitur *Non parces ei oculus tuus, animam pro anima, oculum pro
oculo*. Levit. 19, 18. *non quæras ultionem*. Inter has duas leges erit ir-
reconciliabilis ἀνυλογία nisi discrimen jam indigitatum atten-
deris cujus discriminis fundamenta in contextu Exod. 21. non
obscura à Deo ipso suppeditantur.

*De factis Davi-
dis in agone
mortis vindi-
ctam contra a-
liquos man-
dante filio Sa-
lomonis.*

LIV. Quod attinet ad Davidem, qui in Agone mortis mandat Salo-
moni filio de Joabo & de Semei benè notando, & per occasionem optimam in-
terficiendo: 1. Reg. 2, 5. 6. 7. 8. 9, ante omnia probissimè expenden-
da veniunt duo, videlicet 1. translatio regni divinitus facta à li-
nea Saulis ad lineam Davidis, idq; justissimo judicio divino. 2.
promissio divina, quod in linea Davidis regnum illud durare de-
bebat ex Dei prædestinatione usq; in sempiternum, donec ex illa li-
nea prodiret Messias. Primum illud constat ex 1. Sam. 15, & 16. posterius
ex 2. Sam. 7, & 1. Reg 2, 4. Ut igitur hæc duo divina decreta pos-
sent quoad posteritatem salva manere, cum primis mox sub initi-
um erat prospiciendum, ne homines infideles, & perfidi, nevé a-
lij Saulis in lineam inclinatiores novi aliquid tentare auderent,
unde linea Davidis & Salomonis periclitari & regnum per tu-
multum & dolos ad Saulis lineam redire posset. Tales autem ho-
mines aut erant aut esse ex factis suis credebantur & judicabantur
Joab & Simeis,

55. Joab

L V. Ioab enim contra Absolonem cum reliquis ducibus e- *Cur in agone*
missus & filium Absolonem leniter tractare iussus idq; in *mortis David*
totius Israelis, 2. Sam, 18, 5. 6. 12. 13. 14. 15. 16. tamen eundem interfi- *præceperit de*
cit iracunda aviditate & crudelitate, siquidem uno quopiam viro interficiendo
mandatum regis (de Absolone non interficiendo) in ipso illo actu ipsi Ioabo.
inculcante tamen ipse pergit & tribus lanceis cor ipsum ipsius Ab-
solonis petit, quem sequuntur decem eius Joabi armigeri palpi-
tantem proflus conficientes. Hac re, ut & quod Joab etiam inscio
rege in alios grassaretur 2. Sam. 3. offensus fuit David & suspicatus,
quod Joabus modo plus faveret Saulis modo Davidis lineæ, unde
cum novus ex tribu Saulis vir rebellaret 2. Sam. 20. non amplius
Joabum, sed alium, Amasam totius belli & exercitus ducem con-
stituit. Hunc Amasam Davidis lineæ fidelissimum visum frau-
dulentiſſimè & perfide sub spe amicitiz etiam interfecit Joabus 2.
Sam. 20.

L V I. Semei verò ex familia Saulis (2. Sam. 16.) oriundus in *Cur in agone*
exilio Davidis quam lubentissimè regnum à linea Davidis ad li- *mortis David*
neam Saulis transtulisset, id quod satis colligitur ex sanguinarijs Salomoni præ-
ipius scommatibus. Ex his quilibet affirmare poterit, Davidem ceperit de in-
ante finem vitæ suæ non immerito ex magna sollicitudine monu- *terficiendo Si-*
isse Salomonem propter hos duos viros, qui tamen Salomon *mei,*
non nisi magna prudentia rem omnem fuit moderatus. Si ergò
non peccat qui in ipso agone mortis suæ homicidam alium damnat
ad mortem, qua in parte nihil nisi verbo Domini stat, quod vult
hac ratione tractari homicidam: ita nec tunc rebus & circum-
stantijs ita sese habentibus, sicut dictum fuit, David peccare po-
tuit.

L V I I. Porro Smalcus in libro suo de divinitate Christi Cap. 5. fo- *Causse opposi-*
lio 17. interferit causas, cur orationem in veteri fœdere præce- *ta à Smalcio*
ptam non fuisse existimet. Primum (inquit) quod promissa omnia in *cur in V.T. præ-*
lege proposita non superabant id, quod homines facere tenebantur, immò plus *catio non sue-*
lex videbatur præcipere, quam promittere. Itaq; jure quodam debebatur id, *rit præcepta ex*
quod lex promittebat ei, qui illam observaret, nec ut id præterea oraret, *ejus opinione.*
ullo modo opus erat. Deinde quod ea quæ lex præcipiebat, absq; singulari ope
divina præstari poterant, eo saltem modo in quo Deus acquiescebat. Nec enim

D

ea

ea alioquin precipere salva iustitia Deus potuisset si nullo modo præstari potuissent. Hæc ille. Verum 1. negamus, quod lex plus præceperit, quam promiserit, siquidem etiam vitam æternam promisit nimirum eam servantibus. 2. Negamus quod lex absq; Spiritus sancti auxilio potuerit à pijs observari. 3. Negamus Deum initio salva iustitia plus præcipere, quam homines poterant præstare.

Deus legem LII X. Deus autem legem suam perfectissimam ita in Sina perfectam olim postea concepit ac si danda fuisset homini ante lapsum. Cur enim ante lapsum, propter hominem interea lapsum suam legem imperfectiorem, & post lapsum redderet. Interim tamen remedium eidem suppeditavit longè perfectam de- superabundatissimum, videlicet Messiam expiatorum omnia peccata, & pœnitentibus, veraquè & non fucata fide ipsum ample-xuris vitam æternam daturum. Quod autem Deus legem ita perfectissimam dederit, pater ex illo Apostoli quod ipsimet ad-versarij eodem sensu, quo jam dicitur citant, *quod ex operibus legis nullus possit justificari Rom. 3. 20.*

Cur secundum Smalcium opus sit prelatione in Novo Test.

LIX. Quæ cum ita sint, falsum est, quasi non opus fuisset, ut sub lege homines orarent, sed nunc demum precatio præcipi cœperit in Novo Testamento, in quo solo, secundum adversarios nostros, promissa de vita æterna data, quæ superent omnem obœdientiam nostram, & in quo vita æterna demum promissa propriè etiam non potest promereri, sed quantumvis quis obœdiat, tamen precibus ardentissimis pro ea impetranda opus habeat, & in quo perfectissima Evangelica præcepta complere nemo valet nisi virtute divina (precibus impetranda) fuerit adjunctus singulari.

I. LX. Deinde, stantibus illis ipsis, hæctenus de oratione Veteris Testamenti demonstratis, falsum est, idè in Vetere Testamento nullum modum orandi fuisse propositum, quod non semper Deus id (nimirum corporale, siquidem vitam æternam & Spiritum Sanctum tunc ignotum fuisse, nec promissum, nec rogatum, nec datum, di-non promissam sciant) quod in lege cultoribus suis promiserat, dederit, unde nec illud or-tamen veteri- rare potuerint, nisi interim constituerat ipsis tamen dare tandem vitam æ-bus dare cor- sti- ternam. Vitæ autem æternæ aliquem gustum ijs saltem concessum fuerat Deus se- à Deo fuisse, qui in hoc seculo tam graviter afflictati fuere nihil candam Pho-
tinnat. os. pro-

prohibet & PLUS QUAM CREDIBILE EST, inquit Smalcus in libris de divin. fol. 18. cap. 51

LXI. Addit in Novo Testamento nunc ideo certum modum orandi est *Instantia 2.* se prescriptum, quia certo promissam vitam eternam petere possumus & quia Smalcij cum eam nemini Deus obediens est pernegaturus, & quia ipsorum obedientia *Resp.* nulla re melius remunerari potest. Verum hæc omnia sponte concidunt, quando (quod factum est) probatum datur, æquè in Veteri Testamento atq; in Novo Testamento vitam eternam & Spiritum sanctum petentibus fuisse promissum, rogarum, datum. Preces ad Deum concepisse interdum viros quosdam sanctos certum esse dicit Smal. f. 229. & seq. idè repetit & 232. sed præceptum illud perpetuò omnibus alicubi fuisse, docere nemo potest. Sed & ad hoc paulo ante data est responsio. *Instantia 3.* LXII. Aliud adhuc objicit Smalcus, *Smalcij.* & non leviter errat Franzius (inquit) qui non distinguat inter Psalmos, & inter preces vel invocationem: Nam Psalmi ut ipsum vocis ἑτοίμοι docet pleriquè Dei tantum beneficia commemorant & gratiam pro illis decantant. Sed *Responsio.* an non in oratione Dominica primum Deus laudatur quod sit pater noster, qui est in cælis & postea ordine rogantur plurima. Sic quoquè in Psalmis hæc duo misceri, notum est omnibus, unde quotquot Psalmi tales, tot olim præscriptæ fuere orandi formulæ, etiam ab antiquissimis, siquidem non David omnium est auctor. Et quoties Spiritus sanctus in Psalmo adhortatur ad celebrandum nomen Domini, toties sensu jam prolato, de novo præcipit orationem omnibus & singulis, Judæis & Ethnicis, *Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi, quoniam confirmata est super nos misericordia ejus & veritas Domini manet in eternum, Psalm. 117.*

LXIII. Hic verò misericordia & veritas Domini, non tantum est promissio terræ Chanaan. Cur enim propter illam Deum *In Psalmis plerumque* laudare debuissent Ethnici? sed est Messias ex Judæis intra terram *visq; quid sit misericordia* proditurus & toti mundo benedictionem præstiturus juxta primam *& veritas Domini.* promissionem Genes. 3, 15. Et juxta promissionem daram Abrahamo Genes. 12, 3. In quo nimirum benedici debebant omnes familiae totius terræ. Vide, benigne lector, postremas theses disputationis sacrificialis quartæ. Nisi hoc pacto Psalmos plerosque etiam consideraveris &

explicaveris, tum frustra Christus dixit, Luc; 24, 44. In Psalmis de sese esse dictum. Quam rem apprimè expendendam (cum prolixius prolixius ea non permittat imperata brevitatis instituti hujus) tum nostris tum adversarijs ipsis committimus.

LXIII. Perinde etiam est, sive Psalmi legantur, quemadmodum legitur historia Biblica, sive cantentur, sicut cantiones decantantur, sive cum gestibus & affectibus singularioribus precantium perorentur. Eodem enim pacto triplici oratio quoque Dominica tractari potest, siquidem & in Psalmis & in oratione Dominica interim & Deus laudatur pro præteritis beneficijs & rogatur pro novis, tum Spiritualibus, quæ in Psalmis continentur conclusa & manifesta quam plurima & quam maxima, tum pro corporalibus.

Instantia 4.
Smalcij cum
Resp.

LXIV. Adhuc aliud est quod de Psalmis objicit Smalcus: Quid hæc (inquit) ad legem habet Mosaicam, quod in uno Davidis individuo singulare apparuit. Certe nec omnes tales fuerunt, qualis fuit David, nec cuiquam id fuit præceptum, quod David fecit, nec denique, quod David fecit, præceptum ei erat in lege, sed Spiritu Dei præ alijs præditus, ea SPONTE SUA fecit, quæ hominem religiosum decebant. Interim quemadmodum id à Deo præceptum ei non erat, sic etiam semper penes Deum erat, illum exaudire vel non, in ijs, quæ in lege promissa non erant. Hæc ille. Responderetur de hac sola re tractatu integro opus esse, ne auderet Smalcus cum suis amplius vetustas Ecclesias Patriarchales antediluvianas & postdiluvianas ante Christum tantæ ruditatis puerilis, inscitæ brutinæ, & admirandæ stupiditatis accusare. Innuamus autem breviter & persistamus jam in exemplo proposito. i. David scribens formas precum, Psalmos, secundum Smalcium fecit aliquid, quod tamen ei non erat præceptum in lege. Immo (inquam ego) fecit David, quod ipsi erat generaliter præceptum in primo & secundo præcepto Decalogi de vero Deo agnoscendo, confitendo & celebrando nomine ejus. Deinde fecit David eo ipso specialiter, quod ei erat per speciale mandatum impositum. Speciale enim habuit mandatum videlicet instinctum Spiritus sancti. Quemadmodum igitur alios Prophetas Spiritus sanctus impellebat, coarctabat, quiescere non permittebat, donec ejus jussu internum extrinsecè explerent, ita quoque de Davide per omnia est statuendum. Inspiciantur impul-

pulsuum Spiritus sancti, quiescere non permittentis in Apostolis per Acta Apostolica exempla & res fiet dilucidior. Ergo falsissimum est, quod Smalcus simpliciter scribit, Davidem prescribendo Psalmos (*De hac enim res fuit questio*) **E A SPONTE SUA FECISSE**, quæ hominem religiosum decebant. Non enim in Davide tantum respectus ille est attendendus, qui in quovis pro Veteris Testamenti attenditur, sed insuper speciale illud mandatum, de quo jam dictum est, *Et Spiritus sancti, impulsus in Prophetis pro verbo Dei indigitari, quis nescit?*

LXV. Tales autem auctores Psalmorum seu formularum precandi à Spiritu sancto illuminati & extimulati fuere inde ab Adamo plurimi, per quos Spiritus sanctus specialiter iterum precationem plurimis seculis demandavit. Et habuerunt isti quoque mandatum tum generale de quo in thesi tum speciale propter impulsus Spiritus sancti. Quam in re adversarios nostros speramus nos habituros assentientes.

LXVI. Deinde quemadmodum id Davidi à Deo non erat præceptum, sic etiam (inquit Smalcus) semper penes Deum erat illum exaudire vel non, in ijs quæ in lege promissa non erant. At in lege vitam æternam per Messiam dandam fuisse promissam hæcenus satis est edoctum. Et Davidem talia promissa petivisse Psalmi testantur. Quid igitur oravit & cogitavit Ecclesia Veteris Testamenti in Psalmo secundo, quid in decimo sexto, quid in vicesimo secundo, quid in quadragesimo quinto, &c. quid in Psalmo 51. David petijt, *benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Ierusalem, tunc acceptabis sacrificia iustitiæ, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.* Cur idem Psal. 110. Christum Dominum suum facit sacerdotem non secundum Aaronis sed Melchisedeci ordinem. Cur pro sacerdote secundum ordinem Melchisedeci Christo petit potestatem suam servari Pl. 89, 4. 5. *Iuravi David servo meo usque in æternum præparabo semen tuum. Et ædificabo in generationem & generationem sedem ejus.* Et Pl. 132, 10. 11. &c. *ibi oriri faciam cornu ipsi David, parabo lucernam Christo meo,* quæ verba Luc. 1. de Christo exponuntur. Prætermittimus Psalmos alios plurimos, in quibus de ventura felicitate Spiritus sanctus vaticinatur.

LXVII. Sed ne opus sit Novo Testamento: Inspiciatur in-

Post mortem Davidis in Ezechiele promissus David non potest esse alius nisi Christus.
Interpres Ezechiel cap. 34. Postquam enim jam mortuus erat David, forsan ante quadringentos & plures annos, Deus memor juramenti sui, quod David in Psalmo allegat, promittit versu 23. suscitaturum sese super oves suas pastorem unum, qui pascat eas, servum suum.

Regula certissima.
LXIX. Quoties igitur de conservatione Politicæ sibi divinitus traditæ intra terram Chanaan, quoties de collapsa illa restauranda, quoties de cultu divino polluto repurgando, quoties de Israelitis salvis & incolumibus ad versus hostes protegendis orarunt in Psalmis, toties finem illum jam indicatum sibi propositum habuerunt Messiam, de quo beneficia ipsis & toti mundo Deus maxima promiserat. Tolle Messiam & spiritualia illa beneficia ex Psalmis, & nihil relinquetur nisi vox brutina, quæ à Domino ad horam statam tantummodo escam sibi dari perstrepit. Et hoc omnino usu venit Smalcio & Ecclesijs ipsius, quando in veteribus Ecclesijs & scriptis omnia extra Messiam interpretari summis viribus conituntur.

Instantia 6. Smalcij cum Resp. An liceat devovere inimicos.
LXIX. Deniq; inquit Smalcus, contraria sunt in Psalmis non pauca, ijs. quæ habentur in oratione Dominica, ut sunt imprecationes & diræ, quibus hostes (qui sunt debitores nostri) devovet David. Respondemus ad hanc objectionem dupliciter propter duplicem quam sustinuerunt auctores Psalmorum personam, in genere & in specie. In genere juxta ipsam orationem Dominicam orare tenemur, ne inducamur in tentationem sed liberemur à malo, hoc est, ut ipse Smalcus exponit in Latina Catechesi ne in afflictionibus, quæ quidem credentibus explorandi causa immitti solent, sæpius succumbamus, utquæ nos à Sathana liberet, id est, nos ijs afflictionibus, quibus ille ad nos opprimendos tanquam machinationibus quibusdam utitur, opprimi nullo modo patiatur.

Duplices impij.
LXX. Jam verò Satanam per impios machinationes suas exercere plus quàm est notissimum. Et sunt impij in duplici differentia, aliqui corrigibiles, aliqui incorrigibiles, ut qui blasphemiam committunt in Spiritum sanctum Matth. 12, 31. 32. qui rursus crucifigunt filium Dei Hebr. 6, vers. 5. qui filium Dei conculcant. Hebr. 10, vers. 29. qui peccant ad mortem 1. Johan. 5, vers. 16. Orandum autem est pro omnibus, nemine, ne improbissimo & Diabolico prorsus excepto, sicut Christus oravit pro crucifigentibus ipsum, Luc.

Luc. 23. 34. Immo sicut passus est etiam pro illis qui tandem omnino in aeternum damnantur Rom. 14, 15. Hebr. 10, 29. 2. Petr. 2, 1. Quando vero anima dvertitur, eos esse omnino induratos, desperatos, & Ecclesiae unice incommodare & plurimos alios falsa doctrina, contra conscientiam & veram Diabolicam pertinace malitia, in damnationem attrahere, tunc juxta tenorem orationis Dominicae precandum est, *ne inducamur (nos & infirmi alij nostri) in tentationem, sed ut liberemur à malo, à Satana & squamis ejus.*

LXXI. Et huc pertinet illud ipsum Christi Matth. 12, 32. *de blasphemia non remittenda vel in hac, vel in altera vita,* illud Apostoli Gal. 5, 12. *Vtinam* (utile seu bonum, ὄφελον enim est in Graeco *Vtinam in scriptura est utile vel convenit.* sicut ὄφελος pro utilitate accipitur 1. Cor. 15, 32. & Jacob. 2, 14.) *abscindantur qui vos turbant, illud alterius Apostoli 1. Johan. 5, 16. est peccatum ad mortem pro illo non reges. Cum quibus concordat illa ratio Apostoli magni ad Tit. 3, 10, 11. Hereticum hominem post unam & alteram admonitionem de vita, sciens quod subversus est, qui ejusmodi est, ut qui suo iudicio sit condemnatus. Sic enim Jer. 11, 14. etiam non vult Deus orari pro illis quibus poenam corporalem decrevit citra omnem exceptionem. Sic etiam Pl. 59, 6. Intende ad visitandas omnes gentes non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem, vel nec miserearis omnium praevaricatorum iniquorum, Loqui autem eum de praefractis sequentes versiculi pulchre docebunt.*

LXXII. Distinguendum etiam est inter seducentes & seductos. Illi enim pertinaciae Diolicae causas habent, ambitionem, avaritiam, cupiditatem vindictae, voluptatem carnis, studium propriae gloriae, Hi vero decipiuntur blanditie, callidis strophis, auctoritate humana. Sic enim iterum monstrabitur unicuique pro ipsa generalis pietas, & doctrina pro quibus sit magis orandum, pro quibus non sit orandum & contra quos sit orandum.

LXXIII. In specie sancti Prophetæ & Apostoli erant praediti singulari dono S. S. cujus illuminatione poterant exitum praevidere multorum pertinacium malitiae perseveranti divinitus praefixum. Partim igitur praedicunt, partim juxta revelationem divinitus sibi datam orant, ut Deus talia monstra è medio tempestive segreget, ne rotam massam aliquam corrumpanit. Expendantur autem in singulis locis in quibus tales continentur imprecationes, circumstantiae personarum, locorum, temporum, vicinorum.

ad.

An imitanda
exempla im-
precationum
V. T.

admonitionum ex vicinia datarum, per Prophetas, per alios, & res facilis fiet, Deus in suo populo per Prophetas sæpè vicinis & exteris regnis solitus fuit vellere aures, ut venirent ad Dominum, agnoscerent Dominum, qui sedet super Cherubin, cognoscerent mirabilia ejus, cantarent ei, ascendant cum ipso ad templum sanctum ejus. Sæpè per Prophetas improbis exteris minatus est mala, quæ etiam opere ipso ita fuere impleta ut vicini illi in conscientia convincerentur, hunc esse verum Deum, hunc ejus populum, ideoq; nisi juberet Dominus, hunc populum non lacessendum. Quando igitur vel ipsi Israelitæ contra Israelitas vel tales jam descripti populi contra Israelitas vel tales alij descripti populi contra Israelitas surrexerunt, & Prophetæ exitum prospexerunt, prædixerunt, àque Deo accelerari exoptarunt, inde originem suam acceperunt Sanctorum imprecationes illæ. Cum verò olim & hodiè non omnes propheterico Spiritu sint præditi, neq; etiam omnes exactissimè queant distinguere inter corrigibiles & insanabiles, ideo moneri solent Ecclesiæ nostræ ut ad tales imprecationes celeriter non descendant. Si tamen exempla occurrerent, ubi citra affectuum turbinem Ecclesiæ esset judicium de aliquo desperato & reprobato laturo, sicut quandoq; ad excommunicationem descendit, in eo contra orationem Dominicam aliquid tentare nullo jure dici potest.

An in V. T. ju-
beatur Mesi-
as invocari.

LXXIV. Hactenus de primo quod ad primum præceptum additum esse Smalcus dixerat, fuit actum; sequitur nunc de secundo, quod idem scribit, illud etiam additum esse ad primum præceptum, ut Christum agnoscamus pro Deo, HOC EST, pro eo qui divinam in nos potestatem habeat, & cui nos divinum honorem exhibere obstricti sumus. Et porro iterum explicatur in quo honor iste divinus Christi consistat, nempe in adoratione & invocatione, tum unde pendeat tam Christi adoratio, quam invocatio luculenter docetur. Hæc omnia ubinam quaeso sunt EXPRESSE præcepta in Vetere Testamento? quis unquam vel vestigium harum rerum ostendet in universo sacrarum literarum veteris fœderis codice. Hactenus verba Smalcij. Respondetur I. ab Angelo illo Gen. 48, 16. Jacobus petit benedici, cum quo etiam antea colloctatus fuit, & quem Deum vocavit Gen. 32, 28. & 35, 7. & 28, 13. Oc. 12, 4. 5. Exod. 3, 15. Legimus & relegimus Enjedini super illum locum de-

Responsio.

declarationes, quæ omnino non satisfaciunt, & à studioso aut
 tyrone facillime diluuntur, ut jam plura non addamus. 2. Scie-
 bant omnes Patres Messiam esse illud *semen contritum caput ser-*
pentis, & semen Abrahami in quo benedicenda sint omnes gentes, sciebant
 esse *Dominum nostrum*, sicut eum vocat David in Spiritu Psal. 110.
 v. 1. (nec autem hæc solus David pro se solo vel viderat vel scri-
 pserat, sed pro tota Ecclesia Veteris Testamenti) sciebant ipsum
sessurum ad dextram Dei, in eodem Psalmo, sciebant ex Psalmo se-
 cundo etiam talem ipsum *esse constitutum regem qui honore osculationis*
singulari (in primis post collocationem ejus ad dextram Dei) *erat*
honorandus; sciebant ex Jeremiæ 23. v. 5. 6. & 33. v. 15. 16. *esse eum*
Iehovam justum nostrum, vel justiciam nostram, sciebant ex Malachiæ
 3. v. 1. *esse dominatorem & Angelum fœderis*, sciebant eum *esse expecta-*
tionem seu spem gentium. Gen. 49. v. 10. sciebant ipsum *portaturum pec-*
cata Ela. 53. v. *finiturum pravaricationes*. Dan. 9. v. 24. sciebant &
 alia de quibus supra in his disputationibus dictum fuit de Messia.
 Iussi igitur etiam osculari filium, sperare in filio illo, tamen nunquam de ipso
 votis honorando & invocando cogitare potuerunt? sicut Socinus in libro
 de invocando Jesu Christo in precibus ex talibus argumentis
 invocationem Christi stabilit, ita multò magis eandem sanctif-
 simi illi Patres ex jam indiguitatis fundamentis clarissimam in Ec-
 clesias suas produxerunt. Legatur Thargum & patebit asser-
 tionis hujus veritas, quam sæpius Christum isti ante nativitatem
 Christi viventes in suæ paraphrasibus textibus apposuerint nomina-
 tim Ela. 53. *Ecce prosperabitur servus meus Christus, exaltabitur & ele-*
vabitur & confortabitur nimis, sicut speraverunt eum domus Israël diebus
multis. Cum obediemus verbis eius, dimittentur nobis peccata nostra.
Tradet impios in gehennam, videbunt regnum Christi sui, In sapientia sua
justificabit justos. Videatur Thargum Onkelos & super caput IX.
 Ela.

LXXV. Conclusionis loco de primo præcepto monere li-
 bet & illud quod scribit Smalcus folio 228. Hoc præceptum SVVM
 appellat Franzius, nescio qua de causa. Si fortassis ideo, quod primum & se-
 cundum Decalogi præceptum pro uno habeant Lutherani, pudere debebat
 hujus ignorantie Franzium qui malit decimum præceptum ABSQVE
 OMNI CAVSA in duo partiri quam agnoscere duo præcepta de cultu
 E

De distribu-
 tione præce-
 ptorum De-
 calogi ad-
 monitio ad
 Smalcium,

Obiectio.

divino tradita. Et tandem valdè movere Smalcium quod Deut. 5. 21. ante concupiscentiam domus ponitur concupiscentia uxoris, quodq; post concupiscentiam uxoris & domus ibidem sequatur de concupiscentia agri, servi, ancillæ, bovis, asini, quæ tamen aliter æstimari non debet quam sicuti Matth. 18. 18. 19. Christus talem ordinem servat. Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non dices falsum testimonium, honora patrem & matrem, diliges proximum, sicut te ipsum. Et Rom. 2. 25. qui dicit non furandum, furaris, qui predicat non mœchandū mœcharis. Et Rom. 13. 9. Non mœchaberis, non occides, non furaberis. Tacemus de litera Samech tanquã nota principij in singulis præceptis in Deut. ita collocata ut Lutheranis præceptorū divinorū usitatam monstret distributionem in Judaicis libris in hunc usq; diē.

Responsio.

*In Biblijs ea
conjungun-
tur quæ se-
dum Calvi-
num in di-
stributione
præceptorū
in primo &
secundo se-
parantur.*

*Tacemus quod Exod. 20. 23. scribitur ne faciatis M E C V M DEOS ARGENTE OS, neque DE OS AVR EOS, unde cur non argueretur præceptum de prohibitis idolis esse ipsissimi præcepti de non habendis dijs alienis partem. Sic. Gen. 35. 2. dicit Jacob de Idolis, quæ Gen. 31. 19. 34. patri suo subduxerat, *Auferite Deos alienos, qui in medio vestri, & versu 4. Dederunt omnes Deos alienos.* Tacemus quod toti illi præcepto de non habendis Dijs, & de nō faciendis sculptilibus additur comminatio in Exodo: *Ego sum DEVS fortis, &c.* Tacemus quod Levitici 26. 5. alio sine sculptilia & his similia fieri non prohibentur, nisi ne adorentur. Tacemus quod alioquin sibi cōtrarius fuisse videatur Deus, qui duos Cherubim stantes super pedes suos fieri iussit Exod. 25. 1. Reg. 6. 2. Paral. 3. sicut etiam facies templi extra & intra plena erat figuris Cherubimorum 1. Reg. 6. & Spiritus sanctus delectatur phrasi *qui sedes super Cherubim* Psal. 80. & 99. Es. 37. 16.*

LXXV. Ad ultima duo præcepta quod attinet, expendere poterit Smalcus juxta Lutheri valde eruditam admonitionem seu explicationem super postrema duo præcepta (quæ extat in majore & minore Catechismo ipsius Lutheri) statum uxorum repudiatarū & servorum emtorum, agrorum quoad usum fructum saltem usque ad annum Iubileum. (præter domos & servos & cum primis præter ancillas unde rei familiaris alterius magna poterat oboriri incommoditas)

ditas) cum pacto venditorum sub Vetere Testamento Deuteronom. 21. Levitici 25. Exodi 21. Luthero suffragatur Lyra super illa verba de ancilla scribens: Non intelligitur de concupiscentia ad carnalem actum, quia ista est prohibita per præcedens præceptum, sed intelligitur de concupiscentia ejus ad servitium. Et quia tum illud, tum libellus repudij erat concessus, ideo Judæi technas & fraudes speciosas captabant, ut à suis liberari, & ut alienæ à suis maritis repudiari possent, licet re prius apud Judicem tractata. Hoc non habebatur apud ipsos in decorum quia consuetudine legi erat introductum. His igitur præceptionibus DEVS voluit impedire (inquit Lutherus) fraudulentias istas, quæ coram mundo erant speciosissimæ, & tamen coram DEO gravissima peccata. Male opinabantur præcepto de non mæchando satisfactum, licet his fraudulentij uterentur, Non igitur præter rationem Lutherus dicit tomo 7. latin. Witeb. in brevi expositione, postrema duo præcepta maximè ad Iudeos pertinere, quemadmodum appendix de liberatione ex Ægypto & promissio de terra Chanaan in præcepto de Sabbatho, ut etiam in præcepto de parentibus propriè spectat. Judicet igitur Smalcianus ABSQUE CAUSA primum illud præceptum SVVM dixerit Franzius de qua tamen tota, controversia illa retinet sententiam adhuc quam in bruma anno 1607. hac de re disputationem publicam conscripsit.

Sic ducebatur aliena ab alio concupita.

An Christus adjecerit aliquid præcepto de sculptilibus.

LXXVII. Smalcianus sentit, hanc præceptionem auctam esse per Christum hac ratione quod non frequentare debemus ista loca ubi honorari & religiosè coli solent idola, qualia olim erant templa Ethnica & hodie Pontificia: id quod loca 1. Corinthios cap. 8. & 10. ostendere posse ait: In illis enim locis Paulus planè illud quantumvis per se liceat non licere docet, si alium offendat, & si quis illud nihilominus faciat, graviter eum peccare & salutis jacturam facere prolixè demonstrat. Quæ res secundum ipsum non ita expressa usquam est in Vetere fœdere.

E 2

Respon-

Responsum autem fuerat ex Exod. 23. ubi (quia prohibemur etiam saltem nomina Deorum Ethnica in ore habere & nominare) simul prohiberi Patet, ut omnes in omni conversatione sint puri ab omni suspicione collusionis cum Idololatricis. Contra hoc nunc re gessit Smalcus specialius in Novo Testamento prohibitum esse non tantum ut vitentur talia loca ob merum seductionis, aut suspensionem collusionis, sed & ne quis scandali etiam subtilis causa adeat loca Idololatræ. Hic rogamus Lectorem ut cogitet, num non suspicio collusionis & illud scandalum subtile sint unum & idem & alterutrum in sese complectatur alterutrum. Quid enim est apud infirmos scandalum subtile nisi suspicio aut opinio collusionis. De Naaman infirmo quod affert, conciliet Smalcus cum eo quod ille jubetur ab Elisæo, abire in pace 2. Reg. 5. v. 19. ut etiam, cum in Franzio legerit de cohabitatione responsum ad quesitam habitationem, cur dicat, tum hic, tum alibi sæpius, suam sententiam non rectè animadversam, omnino ut apparet, ut videatur aliquid dixisse, cum læpè tacere aut alia agere potuisset.

2. *An Christus aliquid adjecerit ad præceptum de non assumendo nomine Dei in vanum.*

Obiectio Smalcij. LXXIIX. Existimant adversarij in Vetere Testamento prohiberi tantum dolosa juramenta, non temeraria, sed in novo prohiberi & falsa & temeraria. Adversus illud fuit datum responsum quod Exod. 20. 7. Deut. 5. 11. vox Hebræa à themate נִוּם cum primis significet vanum seu frustraneum sicut etiam LXX. interpretes reddiderunt μάταιον sicut ἄπιστον cum primis falsum. Regerit Smalcus nunc, utramque vocem significare falsum. Sit ita, tamen utraque & cum primis prior significat etiam vanum Job. 31. v. 5. *Si ambulavi cum temeritate: LXX. μετὰ γελοιασῶν cum ridiculis, cum scurris. Malach. 3. 14. dicitis vanum (inutile habet Thargum) esse colere Deum & statim in textu additur, quid emolumenti quod custodieris custodiam ejus. Jerem. 4. in vanum ornabis te, id est, non ad utilitatem ut iterum habet Thargum, & ex contextu res confirmatur, frustra ornas te contemserunt te amatores, animam tuam quærent, Ps. 127. v. 2. Frustra laborant edificatores in ea: in quo loco prorsus nihil potest denotare aliud, quam vanum & frustraneum, quod contex-*

us

*Instantia 1.
Smalcij.*

Responsio.

*Instantia 2.
Smalcij,
cū Resp.*

*Obiectio
Smalcij.*

*Responsio
ad illam.*

*Instantia 1.
Smalcij.
Responsio.*

tus optimè evincer. Instat autem adversarius in Catechismo his
verbis: *Nobis non solum pejerare non licet, verum etiam ne in veris quidem
jurare, nisi longè gravissimis causis adactis, ijsq; quibus Dei glo-
ria nitatur, ad idque non temerè, verum cum magno Dei metu & cautio-
ne summa accedendum: idque probare nititur ex Matthæo 5. v. 34.
Ego dico vobis Ne juretis omnino, neque per cælum, quia thronus DEI est,
neque per terram, quia scabellum est pedum ejus.* Audi verò benigne
lector: Aut in hoc loco omnia tenuis, mediocris, gravissimique
momenti juramenta prohibentur, aut saltem prohibentur jura-
menta (id quod contextuū coherentia suadet) per cælum & terrā, &c.
Posterius hoc Smalcus non vult concedere, Ergò necesse est, ut fa-
teatur non tantum tenuis, mediocris & gravis momenti, sed et-
iam longè gravissimi momenti juramenta à Christo prohiberi.
Verum quia videt ipsemet hanc asserionem pugnaturam cum
illo Hebr. 6. 16: *Omnia controversia finis est juramentum: Iccircò tan-
tum excipit GRAVISSIMA.*

LXXIX. Cum autem Christus nulla juramenta excipiat &
verò cum Apostolicum illud Heb. 6. 16, immotum manere debe-
at: ideò invictè sequitur Christum prohibere ne liceat jurare om-
nino (cum his formis sequentibus & illico coherentibus) neque per cœ-
lum, neque per terram, neque per similia jurejuranda: & quod
idem sit sensus Jacobi 5. v. 12. *Smalcus adjicit: Atque ita planè nihil
Franzius hac sua responsione effecit, dum scilicet aliud quid probando, quod
est extra controversiam, illud intactum relinquit quod merè queritur:
NEMPE an in lege etiam ea prohibeantur juramenta, quæ in Evangelio
prohibentur.* Respondetur: *Franzius & antea & nunc probavit,
textum Exod. 20. 7. & Deut. 5. 11. ostendere quod & vana & falsa
simul prohibeantur.* Id probat & probavit ex vi vocabulorum He-
bræorum. Etsi verò hæc ita sese habere omnes fatebuntur, qui
hæc legent, tamen exclamat Smalcus, à *Franzio id relinqui intactū
quod queritur.* Nescit autem Franzius cur & hic & sæpius hac me-
thodo utatur adversarius. *Judicium sit penes quemvis lectorem.*

Ad præceptum de Sabbato & de parentibus nihil au-
ctius datum est à Christo, nisi quod loco Sabbati diem
dominicum instituit, secundum Smalcium. Sed hoc
non facit augmentum legis.

Instantia 2^a
Smalcij.

Responsio o-
ptimè ex-
pendenda.

Gravissima
juramenta
secundum
Smalcium
licita.

Instantia 3^a
Smalcij.

Responsio.

§. An præcepto de non occidendo aliquid adjecerit Christi-
stus novi & completioris?

Exod. 21. 24.
Lev. 24. 20.
Deut. 19. 21.

An pœna
talionis, per
Christū ita
sit abrogata
ut pro circū-
stantiarum
varietate &
ratione, non
liceat hodie
magistratui
exempli gra-
tia præcide-
re manum
viro qui al-
teri viro su-
am præscidit
manum.

LXXX. Vetere lege divina aliquoties statuitur dandam esse animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, quam vocare solent talionem & vindictam publicam, ubi oculus per Magistratum eruitur illi, qui proximo suo oculum eruerat. Privatâ enim vindictâ & talione in Vetere Testamento hoc facere nemini licebat, ut nec licet in Novo Testamento. Christianis autem etiam publicam illam vindictam à Christo interdictam esse sentiunt adversarij nostri. Nos econtra statuimus publicam vindictam & talionem Vetere Testam. comprehensam nequaquam per Christum in N. Test. & quidem hoc in loco fuisse abrogatam, sed tantummodo declaratam.

LXXXI. Si enim abrogata dici debet hæc lex, Audistis quod dictū fuerit, oculum pro oculo, dentem pro dente, idq; propterea, quod Christus ita docet, audistis quod dictū sit antiquis, ego vero dico vobis, tum etiam abrogata dicenda erit illa præceptio, Non occides, non mœchaberis non pejerabis: quia & illis additur, Audistis, quod dictum sit antiquis non mœchaberis, audistis quod dictum sit antiquis non occides, ego vero dico vobis quod omnis quod irascitur fratri suo temere, tenebatur iudicio, Ego vero dico vobis quod omnis qui aspicit mulierē, &c. Neq; refert quod postremis duobus non additur vox ANTIQVIS, audistis, quia dictum est, oculum pro oculo, dentem pro dente, Ego vero dico vobis ne resistatis malo. Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum. Nam *ὁ νόμος* sub intelligendum venire debere *τὸ* ANTIQVIS ratio suadet, nam adversarij negare non possunt, illis dictū esse, oculum pro oculo, quibus dictum est, non mœchaberis, & non occides, & non pejerabis; Ergo si Christus non sustulit istud antiquis dictum, non occides, nec illud, non mœchaberis, nec illud non pejerabis, sed tantummodo declarationem reformationemq; veterem ijs ipsis annectere voluit, tum etiam non abrogavit illud, oculum pro oculo, ut nec illud, diliges proximum tuum, sed tantummodo reformavit illam sententiam pro ut tum à Phariseis inculcabatur; oculum pro oculo & correxit illud odio habebis inimicum nimirum ut interim in petenda publica vindicta moderationis debitæ nō obliviscerentur, & in raptis tunicis & similibus tenuibus nō tam citò & strictè ad talionem strictam publicam procederetur, & ut illud nusquam in sacris promulgatum, de inimico odio habendo ex a-
nimis

nimis suis deleant, & in ejus locum reducat^r verus sententia pri-
mæ væ legis de diligendis etiam inimicis.

LXXXII. Hæc tam plana existimavimus esse, ut vix indigerent
aliqua indicatione, ideoq; potius libuit illum sensum etiam alio
Apostolico oraculo exponere, Rom. 12. 17. 18. 19. *Si fieri potest, quæ-
tum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace vivamus, non nosmet ipsos
ulciscentes.* Phras^r n. (si fieri potest) continetur etiam Mat. 24. 24.
ut si fieri possit seducant etiã electos, & Mar. 14. 35. *si fieri possit abeat
ab ipsa hora illa, & Gal. 4. 15. si fieri potuisset, oculos vestros mihi ef-
fossos dedissetis: & opponitur illi, si fieri non potest idq; necessario.*

LXXXIII. Aut n. aliquid fieri potest, aut aliquid fieri non pot-
est, & quod fieri potest in eodẽ genere, illud est oppositum isti,
quod fieri non potest in eodẽ genere. Si igitur fieri potest in nego-
cijs humanis, quantum in nobis est, pacẽ habere debemus cum o-
mnibus: si fieri nõ potest in negotijs humanis, & tamẽ quantum
in nobis fuit, fecim⁹ ut pacẽ haberemus cum omnib. hominib⁹,
sit loco pacis ex altera parte aliud quippiam, præter tamen nostrã
culpam. Contra hanc argumentationem Smalcij PRIMO dicit, *si unquã
licebit malũ malo nempe par pari reddere, contra licebit etiam vindictam de
aliquo sumere, quod tamen ibidem Paulus & alibi non semel etiã Christus &
Apostoli interdixerunt.* Ergo secundũ Smalcij Christus & Apostoli
interdixerunt sumere vindictam publicam de aliquo nocente.
Verum enimverò videamus huic Smalcianæ assertioni prorsus
contrariam Christi & Apostolorũ doctrinam. E. Christus Matr.
26. 25. sic inquit ad Petrum, *converte gladium tuũ, Omnes n. qui acce-
perint gladium, gladio peribunt. Habetur illud ipsum Apoc. 13. v. 10.
Si quis gladio occiderit, oportet eum gladio occidĩ.*

LXXXIV. Quid ad hæc Smalcij? Hanc (inquit) questionẽ diffi-
ciliorem esse arbitror, quam ut una thesi expediri possit. Constare vero eam
ex locis à Franzio allatis, incertissimum esse ajo: Nam uterq; locus nullam
EIVS mentionem facit CVIVS OPERA futurum sit, ut quis gladio pereat
vel occidatur, nempe MAGISTRATVS quod ad sententiam Franzij stabili-
liendam necessario pertinet: sed simpliciter tantum affirmat, fore, ut is qui
gladium accepit, gladio pereat. Potest autem aliquis gladio perire, etsi eum
Magistratus non necet. Itaque verba Christi pro comminatione gene-
rali potius habenda sunt, qua homines à recursione ad media violenta, in
injurijs repellendis deterrere voluit.

Declaratio
allegati loci
ex Rom. 12.
17. 18. 19.

Obiectio 1.
Smalcij con-
tra vindictã
publicam
Magistratus
Rom. 12. 17.
18. etiam
fundatam.

Responsio
ad illam
Smalcij ob-
jectionem.

Instantia 1.

Smalcij que-
stio
contra pu-
blicam vin-
dictam Ma-
gistratus.

Attende le-
ctor rationẽ

Smalcij con-
tra publicã
Verba vindictam.

Verba verò Apocatypt. mina similiter sunt, quibus denunciatur divina vindicta illis, qui injurias inferunt, vel etiam morte afficiunt Christi fideles. Hæc ille.

Instantia 2. Smalcij contra vindictam Magistratus publicam.
Resp. ad 1. instantiam Smalcij.

LXXXV. Sed ut satisfaciamus adversario dabimus Smalcio personam ex sacris, cujus opera homicida debeat gladio plecti. Ecce enim Gen. 9. 6. dicitur, qui effuderit sanguinem hominis effundetur sanguis ejus. Præterea Exod. 22. 22. executor constituitur iudex. Idem fieri jubetur Deut. 19, 12, 17. 18. per seniores & iudices. Sic in Novo Testamento jus gladij datur expressissimè magistratibus Rom. 13. 4. non frustra gestat (potestas supereminens) gladium. Nam Dei minister est ultor ad iram ei, qui quod malum est fecerit. Conspirat igitur in re jam dicta V. & N. T. Quid ad hæc Smalcius? Hanc (inquit) vindictam non per Magistratum irrogari à Deo vel hinc patet: quod P L E R V N Q V E Magistratus sunt ij, quorum potentia opprimuntur fideles: Illi verò, per quos gladio sint occidendi, qui gladio occiderint, censendi sunt, quos Deus excitare solet, ad ulciscendum sanguinem suorum, qui sæpenumero non Magistratus, sed sex militum & colluvies mancipiorum esse solent. Hæc ille. At observandum 1. quod possit hoc Smalcianum optime in hunc modum inveri, P L E R V N Q V E (dicit) sunt mali Magistratus. Quid ergo (dices Smalci) si aliquando & alicubi boni fuerint Magistratus: tunc enim tua responsio locum non habebit, sed potius ita erit inferendum, Si P L E R V N Q V E Magistratus fuerint ij quorum potentia defenduntur fideles, tum necessario per talem Magistratum licito exerceri potest gladij vindicta. 2. Deinde notandum, illud quoque etsi in politia sacra Magistratus plurimi plurimos sæpè occidebant Prophetas & Sanctos, quod tamen penes eosdem ex divina ordinatione jus gladij contra homicidas permanerit. Cur ergo in Novo Testamento idem non concederemus, præsertim cum Apostolus Rom. 13. de omni Magistratu & loquatur in cujus censu tunc multi sub imperio Romano erant infideles, & omnes istos constituat gladij gestatores.

LXXXVI. Denique quod addit Smalcius sæpenumerò colluviem militum & mancipiorum bello quodam, aut concursu facto (nunquam tamen sine duce) occidere eos, qui antea gladio alios occiderant, non per omnia rejicimus, nec per omnia probamus, sed necessa-

necessariam adhibemus cautelam, idque in hunc modum, qui sequitur. 2. Sam. 12. 10 : propter homicidium Davidis nunquam gladius à domo Davidis debet recedere, id quod in Ammone & Abfolone ex parte completum fuit, quorum (alioquin extrema mala suis peccatis coram facie justis iudicis promeritorum) mors tamen excruciauit Davidem, ac si ipse eam fuisset expertus in proprio corpore. Sic igitur sæpenumerò subditos propter alia peccata bellis mirabiliter, siue per bonos siue malos excitatis punit Deus, ut simul hoc pacto nihilominus regi propter propria commissa peccata eorum creet extremam curam & summum detrimentum. Et si verò hæc ita sese habent, & fluunt ex comminationibus divinis Levit. 26. 17. Deut. 28. 25 : de victoria hostibus impiorum divinitus eventura, tamen interim ordinaria iudicia (adversus homicidas) eo extraordinario & prorsus speciali iudicio divino non tolli possunt, quin potius manent & ordinaria divinitus constituta & agnoscenda sæpe veniunt cessantibus ordinarijs ipsa extraordinaria, sicut contextus capitum allegatorum monstrant, quod in bellis & concursibus fecis mancipiorum puniantur plurima & multorum annorum peccata quæ communitas aut regio aliqua commisit singulari Dei providentia in quæ ordinariè animadversum non fuit.

LXXXVI. Pergit Smalcus & magistratui legitimo legitima bella gerere prohibitum esse docet, ita ut ea gerere non possit salva Christi religione. Et tamen Johannes præcursor Christi Lucæ 3. 14. dum jubet milites contentos vivere stipendijs suis bella simul non damnat. Audi verò quid ad hoc Smalcus respondeat.

LXXXVII. *Non potest* (iterum pergunt Smalcus) *id quod Johannes Baptista milites jubet contentos esse stipendijs suis, regulam vivendi cuiquam præscribere. Johannes enim non erat illa lux, sed ut testaretur de luce. Christus est Evangelij adeoque novi vivendi generis auctor: ab hoc igitur omnia quæ ad vitam rectè pieq; ducendam pertinent, discenda sunt. Sed regerimus nos, Smalcum petere principium. Hoc enim ipsum est in quæstione. Utrum Christus novam legem, novam regulam novæ vitæ tradiderit. Deinde etiamsi ita esset, quod tamen nequaquam concedimus, tamen præcursor & Dominus non possunt dissentire. Præcursor enim est Domini Novi Testamenti præcursor, & nihil habet in eo quod est præcursor Domini Novi*

F

Testa-

Sæpe in bello Deus punit subditos propter sua peccata ut interficiantur, & tamē in ipso interitu subditorum simul corrigis cruciat propter peccata à rege commissa.

Obiectio à Smalcij quod non liceat bella gerere magistratui. Resp. Instantia Smalcij.

Testamenti habet cum Vetere Testamento commune, unde etiam potius contrarium facit novum, ritum instituit, quem postea Dominus ipse confirmavit, videlicet Baptismum & post institutum novi Testamenti ritum ex Dei & Jesu Christi voluntate tamen illud de militibus consilium dedit. Et quid multis, Idem cum Johanne quoad principale dixit Apostolus 1. Cor. 9. 7. quis militat proprijs stipendijs unquam.

Objectio 2.
Smalc. contra vindictam publicam Magistratus Rom. 12. 17. 18. etiam fundatam. Resp. ad 2. objectionem istam.

LXXXIX. Deinde contra sententiam ex Rom. 12. 17. 18. 19. Smalcus ita differit: *Non ideo dicit Paulus ut significet, fieri aliquando posse ut pacem nobis sectari cum omnibus non incumbat necessario, sed ut doceat, non statim esse remittendum à studio pacis: ita ut si pax non succedat, nulla penes nos culpa deprehendi possit; sed tota in adversarios redundet. Respondem: hoc quod Smalcus negat, tamen continetur in verbis QUANTUM IN VOBIS EST, ut nimirum primū prorsus nulli studio parcamus. Sed jam necessario secundum venit subintelligendum, quid si fieri non possit? quid, exempli gratia, si alicujus filius privatim inrerficeretur? illud ne homicidiū pater non vindicabit? sed quantum in se est remittet? Fieri autem hoc non potest, quia læderetur Dei mandatum, tam ab illo à quo malum geritur, quod secundum Apostolum Rom. 13. v. 4. gladij gestator vindicare debet, quam ab illō qui malum facienti connivet Rom. 1. versu ultimo. Quid (aliud exemplum ut detur) si alius filio manum præcidat? Nec hīc fieri aliter potest, quam ut imploret vindictam pater, utpote qui deinceps filium à quo forsam ipse in senectā debebat ali, manu omnium rerum gerendarū organo privatum difficilius alere cogitur.*

LXXXIX. In specie quod attinet ad pœnam talionis apud Gellium lib. 20. Favorinus Philosophus cum Sext. Cæcilio de æquitate legis talionis disputat, de qua etiam extat versus Rhadamanti apud Aristotelem in Nicomachicis lib. 5. εἴνε πείθει ἢ ἐπέξε δίκην ἰδέειν ἕποισο. *Si quis patitur quæ fecit, propria hæc est justitia.* Vide & in institutionib. Justiniani lib. 4. tit. 4. *Pœna autem injuriarum ex lege XII. tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat.* Additur autem ibidem quod tandem ea in desuetudinem abierit. Ioseph. lib. 4. antiquitatum cap. 8. adducit quasdam servatas limitationes. Et cogitare quilibet potest circumstantias fuisse varias considerandas.

das, quando interdum manu privatus maluit pecuniam pro damno sibi illato numerari, & iudices illud gravibus de causis ratum habuerunt. Interim manet nihilominus illud, nulla remutationes membrorum alienorum, melius potuisse praecaveri quam quando quilibet scivit ex ipsius Dei iussu sibi eadem esse sustinenda quae alteri intulisset.

XO. Videat jam Smalcus quid scripserit cum inquit, Sane mirum videri debet, quod Franzius affirmat, licere nunc oculum pro oculo excludere cum VIX VLLÆ leges politicae id unquam approbarint. NIHIL enim in eo INEST RATIONIS SANÆ, si is, qui me offendit, ita puniatur, ut nihil inde ad me redeat commodi, & alia omnino ratione is qui alicui oculum excluderet puniretur HODIE secundum ipsas leges politicas, quam oculi exclusionem. Indulserat autem hoc Deus populo Israëlitico, ut ingenio illius PVERILI & VINDICTÆ CVPIDO aliqua ratione gratificaretur, de quo infra iterum thesi 170. Et infra loco allegato: Immo perfectiores plerasque leges fuisse humanas in quibusdam quam divinas, quae in lege Moysi continentur, quantumvis fortasse absurdum alicui videri possit, CERTISSIMUM tamen est. Nam raro lex humana aut olim permisit: aut etiam nunc permittit, aut etiam jubet, ut oculus pro oculo, dens pro dente excludatur. Viderunt scilicet homines prudentes modum istum ulciscendi injurias nimis esse homine SENSATO & CORDATO indignum. Indulsi autem Deus Israëlitis hanc rationem ulciscendi, tum quia populum istum generatim loquendo sciebat esse PVERILIS iudicij & injuriarum impatientissimum, tum quia vel hac ipsa ratione indicare voluit, succedere omnino debere correctionem ipsius legis, quae talia permetteret, quemadmodum etiam ob eandem causam inter praeccepta Decalogi, quae aeterna sunt, praecceptum de Sabbato relatam est. Haec omnia Smalcus. Etsi verò haec digna sunt vindictis alijs, tamen audiamus de legibus suis Deum ipsum caeli & terrae differentem & easdem cum legibus omnium aliarum gentium conferentem. Sic igitur Deus ipse de suis legibus merito jactitat, Deut. 4. 8. QVÆ EST GENS ITA INCLITA VT HABEAT STATVTA, IVSTAQVE IVDICIA, SICVT EST VNIVERSA LEX ISTA QVAM EGO DO CORAM VOBIS HODIE. Et antecedentia consequentiaque ibidem testantur, loqui Deum de omnibus legibus suis tam moralibus quam forensibus & ceremonialibus. Has omnes dicit esse praefendas omnium gentium legibus.

*Iudicium
Smalcij de
legibus crea-
toris Dei
summi.*

*Audi lector
novam Smal-
cij censuram
super leges
Dei, creato-
ris Smalcij
ipsius.*

*Iudicium
egregium
Smalcij de
summo legis
latore Deo
creatore no-
strum omni-
um.*

Historiæ ple-
næ sunt ex-
emplis harū
rerum.

Deus in V.T.
non permi-
sit, sed severe
præcepit pœ-
nam talio-
nis, Male i-
gitur accu-
satur ea à
Smalcio ut
puerile in-
dultum.

Male dictum
Smalcij.

XCI. In specie iterum ad legem *talionis* quod attinet, nulla ratione jurgijs & injurijs modus potuit statui & finis exactior, quam quando sciebant eadem esse patienda illis, quæ ipsi essent illaturi alijs. Et hanc consuetudinem puniendi eadem iisdem Deum ipsum in suis extraordinarijs ultionibus solitum fuisse servare, testatur præter experientiam veterem & novam, etiam veteris & novi Testamenti Scriptura. *Spoliantes igitur, spoliantur vicissim*, fundentium sive Ecclesiæ totius sive etiam aliorum innocentium sanguinem, sanguis funditur, *ducentes in captivitatem iterum ducuntur in captivitatem*, contra obturantes aurem, Deus vicissim obturat aurem suam, Prov. 21. idque sæpe post longos annos hunc in morem DEUS dat expeditum propter hanc cumprimis causam, ut tandem testetur, se omnia in actu, qui præcedit pœnam annis sæpe plurimis, introspexisse, omnium rerum memoriam vegetam interim retinuisse & nunc similibus pœnis illatis se esse iustum. Id quod prolixissimè demonstrari longo commentario poterat.

XCII. Porrò eandem suam justitiam ita elucere Deus voluit quando non tantum pœnas talionis indulget, sed severe PRÆCIPIT. Sic enim Deut. 19. 21. NON PARCET OCULUS TUUS, (illico subjiciendo & annectendo) animam pro anima, oculum pro oculo &c. & versu 19. præcedente FACIETIS ei, quemadmodum cogitavit facere fratri suo. Eadem severitas præcipientis elucet ex Levitici 24. 17. 18. 19. 20. Hæc de lege sua talionis & de legibus omnibus suis Deus ipse.

XCIII. Æstimet igitur nunc quoque lector, quo loco ducenda sint, quæ contra leges divinas eructavit antea Smalcus. Si ex ignorantia fecit, annon illa ignorantia tamen sit talis, qualem describit Apostolus 1. Tim. 1. v. 13. de qua alio tempore plura erunt dicenda. Æstimet etiam lector illud, quod contra disputationem Franzij 7. de bonis operibus addit, post sermonem illum, quod Christus legem talionis non abrogarit Matth. 5. ubi sic scribit folio 238: *Quid audio? Christus jubet oculum pro oculo dentem pro dente dari? ô Christianæ religionis & pietatis assertores egregios? ubi nam? Rom. 12. ut si fieri potest, Quantum in nobis est, cum omnibus hominibus in pace vivamus. Digna sententia quæ majusculis literis scriberetur.*

tur. At quomodo ex his verbis tantum **SCELVS** colligi potest, Hæc ille. Audi verò nostram responſionem lector, Aut scelus est quod nostræ Ecclesiæ docent ex contextu verborum Christi, apud Matthæum cap. 5. *Christum non novas tulisse leges, sed veterum legum sententiam à Phariseis obscuratam renovasse* aut scelus committit Smalcus, sceleris nomine Ecclesiarum nostrarum doctrinam exagigans, At quod Christus renovarit veterum præceptorum nitorem, non verò novas leges tulerit, hæctenus ad oculum est probatum. Excuset sese jam de scelere suo ipsomet ipsemet Smalcus.

XCIV. Videatur tamen plenius ipsa **LEGIS TALIONIS** renovatio: Sic ea habet ex Christi verbis: *Ego dico vobis ne resistatis malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere dimitte ei & pallium. Et quicumque angariaverit te mille passus vade cum illo & alia duo, Qui autem petit à te, da ei, & volenti mutuare à te, ne avertaris.* Aut hîc seria agit Christus, aut ridicula. Ridicula autem omnino essent, si quis, Christi syllabæ sono obtemperans, alapa acceptâ super dextram, statim porrigeret sinistram maxillam, & si tunicam furato daret præsertim pauperum aliquis etiam pallium. Hæc omninò sunt puerilia, ridicula, inepta. A qua Philoſophia quantum abfuerit Pharisaismus, cujus hæc ipsa placita fuisse videntur, quæ hoc pacto carpit Christus & quantum absit Anabaptistarum multorum opinio, Smalcio ipsi dijudicandum relinquimus.

XCV. Seria potius & divina sunt, quæ utramque partem de oculo pro oculo, & de maxillis porrigendis utrisque graviter & pientissime ita conjungunt, ut nimirum *secundum veteres admonitiones* non sese homo ulciscatur aut vindicari sese petat, cujus vestimenta aut pallia per alterum perierunt, nisi quando *extrema cogit necessitas*, cum oculus aut pes aut manus aut aliquid aliud in tale venit discrimen, unde necessario sit maleficus in exemplum alijs eodem modo tractandus, idque non nisi de sententia iudicum, non verò ex privata auctoritate quæ & in Veteri & in Novo Testamento fuit prohibita. Si verò circumstantiæ postulant mitigationem, si item ad compensationem sufficientem indigenti præstandam aliter est agendum, si aliæ quoque rationes suadent

F 1.

aliud,

Quod Magi-
stratibus
Christianis
Christus non
interdixerit
pro circum-
stantiarum
ratione ex-
ercere pœ-
nam talio-
nis.

aliud, tum nos quoque debemus non nimis severi jus strictum urgere.

Aliud argumentū Smalcii contra publicā vindictam Magistratus. Resp. ad argumentum istud.

XCVI. Opponit Smalcius, *falsum esse*, in verbis Christi prohiberi tantum *privatam* vindictam, idque ex eo apparere, quod verba illa Christi, opponantur ei quod licebat *sub lege*, oculus pro oculo nimirum, per Magistratum: Cum autem & hoc per Magistratum fieri solitum prohibeat Christus, sequi, quod etiam in Novo Testamento nec privata nec publica vindicta sit concessa. Verum hoc iterum est principium petere, id quod Smalcio nequaquam concedimus, sed quod ipse semper tanquam evictum assumit. Nam non opponit Christi verba sua verbis legis sed verba legis veteris obscurata iterum illustrat, adeo ut Christo teste nec nunc privato liceat oculum pro oculo, liceat autem Magistratui pro circumstantiis vel accipere oculum vel etiam pro oculo imperare pecuniam quæ pro circumstantiarum ratione hodiernis Magistratibus ita licita esse arbitramur, sicut juxta Josephi superius indicatam annotationem idem olim usitatum fuit in Politia sacra pro varijs circumstantiis temporum, locorum, personarum. Illa igitur verba Smalcio Franzius respondit, cum ita scribit. Videat Franzius quid agat & quomodo horum dogmatum rationem sit redditurus Domino Jesu judici omnium, memor verborum illius: Qui solverit unum ex his minimis mandatis & sic docuerit homines, minimus vocabitur in regno caelorum. An non illa Smalcio jure inculcet Franzius, committitur iudicio omnium lectorum.

An Deus in V. T. præceperit de diligendis inimicis.

De inimicis extra Iudeam.

De inimicis intra Iudeam.

XCVII. Ad aliud est deveniendum, & quaeritur an Deus in veteri Testamento præceperit de diligendis inimicis absolute, sive habitarent inter Judæos sive versarentur extra Israëlitas. De versantibus extra Israëlitas respondet adversarius, quod adversus tales animum hostilem gerere licitum fuerit. Rationem addit, quod populo Israëlítico fuerit promissa terrena Resp. Ideoque his hostibus & extraneis terrori esse debuerit & loco præmij hoc promissum acceperit, quod de hostibus victorias esset reportaturus. Deinde dicit, et si inimici inter Israëlitas versati debuerunt diligi qui non erant Israëlitæ, quod tamen magnum fuerit discrimen inter dilectionem inimicorum Israëliticam & inter dilectionem inimicorum

inimicorum Christianam. Dominus enim Iesus (inquit) vult nos etiam bene precari imprecantibus & orare pro persecutibus. Hos vero diligendi inimicum modis in lege preceptos fuisse, nullo modo probari potest. Verum ingens & horrendum monstrumque hoc est commentum. I. r. Reg. 8. 41. Salomon orat Deum, ut audiat Ethnicos, audituros de nomine Domini & Ierosolymam profecturos ex longinquo. Psal. 96. invitatur adhuc malignæ & incredulæ gentes ad agnoscendum Deum, quibus similia in superioribus disputationibus fuere allegata multa. Et tamen Smalcus nobis vult persuadere, quasi ex sententia legis, quæ tamen nullibi extat debuerint, Ethnicos externos odisse Israëlitarum. Et licet Psalmus secundus de Christo in mundum nato propriissime loqui videatur, tamen etiam ante natum Christum ex Dei jussu per Israëlitas eorum inimicos admonuit gentes rebelles ne adversum Dominum, quem in momenta expectabant sævirent, sed ita agerent ut beatæ fieri possent. Nihil igitur est, figmentum putridum est, quasi Politia Israelitica debuerit esse terrori hostibus externis, cum potius fuerit illa suavissima mater & schola constituta pro exteris, quo semper invitavit ad agnoscendum Deum.

XCIIIX. Interim verò quia fit in religionis varietate, ut odia exoriantur erga dissidentes, Deus simul defensionem isti populo adversus hostes religionis promiserat sicut Exod. 34. 24. nemo debet CONCUPISCERE saltem terram Chanaan, istis temporibus, quando Hierosolymam *exempli gratia* omnes masculi ter in anno profiscebantur ad solennissima festa. Nec alijs temporibus poterant hostes ei populo nocere, nisi quando suos Israelitas hostibus ipse vendebat, ut in libro Judicum sæpius legitur, & sicut testantur Prophetarum scripta de captivitatibus exteris.

XCIX. Addit Smalcus dilectionem inimicorum Israeliticorum à dilectione inimicorum Christianorum in eo discrepare, quod pro Christianis hostibus sit orandum, pro Israeliticis verò orandum esse, nusquam præcipiatur. *Quid hic nodi querit Smalcus?* Genus adest, diligendū esse, sicut nosmet ipsos, INIMICUM in Vetere & Novo Testamento, examineretur, quomodo quis cupiverit sese diligere etiam in Vetere Test. & omnino invenietur, etiam pro ipso debuisse fundi preces. Inspiciatur totus Psalmus 96.
ante

Salomon oravit pro inimicis extra Iudæam longinquo loco constitutis. Ergo non odio ipsos esse persecutendos scivit.

Alia instantia Smalcij contra dilectionem inimicorum Israeliticorum. Resp. ad istam instantiam.

antea allegatus in quo gentes nō possunt invitari ad agnitionem Dei ab Israëlitis nisi simul ex toto corde Israëlita exoptent, ut convertantur illæ ipsæ gentes ad Jehovam. Item Psal. 67. *DEVS misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri, Ut cognoscamus in terra viam tuam in omnibus gentibus salutare tuum, Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, Latentur & exultent gentes, &c.* Hæc omnia fluxerunt ex illo præcepto Levit. 19. 18. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Pro gentibus verò præfractis & omnes admonitiones spernentibus fatemur in sacris non extare sanctorum intercessionibus, quin potius imprecationes, sed non nisi ad modum de quo paulo ante fuit declaratum.

An in V. T. extiterit præceptum de inimico odio habendo.

C. Alia instantia à Smalcio proponitur in hunc modum: *Quam conjecturam affert Franzius ad ostendendum, quod Christus non dederit legem completiorem, sed corruptelas tantum reformavit, quod scilicet nusquam extet id, quod dicit Christus, INIMICVM odio habebis, ea infirma est & planè inutilis. Primum enim potuit extare alicubi scripta in libro, qui postea periit: quemadmodum & illud de Domino IESV, Nazarenus vocabitur, quod per Prophetas dictum fuisse affirmat Matthæus, nec tamen iisdem verbis expressum extat. Deinde jure dicere potuit Dominus IESVS, dictum id fuisse, quia sensus horum verborum IN LEGE inerat. Quæ enim ex libro aliquo necessario deduci possunt, ea in illis scripta esse, dici jure possunt: unde Dominus IESVS hic etiam vocem ANTIQVIS omisit. Sensus autem istorum verborum IN LEGE reperiri, quis negabit, siquidem tunc non tantum licebat, verum etiam interdum necesse erat, hostem odisse & de ipso interficiendo cogitare? quod quomodo cum dilectione ejusdem conveniat, nã acutus is erit Theologus, qui docere possit, & acuta istiusmodi dilectio est, quæ interficere alium permittit & jubet. Quo sensu etiam dici potest per Prophetas dictum fuisse, quod Dominus IESVS Nazarenus vocabitur. Hoc enim ex scriptis Prophetarum evidenter colligi posse Theologi consententur. Hæc Smalcus.*

Respondemus & prius ad postrema, Verum quidem esse, in lege non tantum licitas esse sed etiam mandari quasdam interfectiones

fectiones. Nam prædictum erat de Chananæis interficiendis Gen. 15. 14. 16. 18. & illud ipsum prædictum in mactatione Chananæorum (per 400. annos pœnitentiæ concessione abusorum) re ipsa compleri iubetur, ita ut nemini parcat. Deut. 7. Hoc autem modo quo licitum erat interficere ISTOS Chananæos Ethnicos patientia tamdiu ABUSOS, non licebat interficere ullum alium unicum Ethnicum, nedum Israëlitam. Deinde Deut. 14. iubetur mactari Pseudopropheta & frater, iubetur deleri urbs integra propter idololatriam, videlicet Propheta surgens in medio Israëlitarum, frater Israëlita, urbs quam Deus tunc daturus erat Israëlitis. Hoc autem nequaquam licebat Israëlitis in Poëtas Ethnicos, in Philosophos Ethnicos, in urbes alias Ethnicas, extra terram Chanaan. Israëlitis licebat id in terram singulari dono tradendâ & intra certos terminos. Sicut autem extra illos terminos nullâ urbem debebant occupare, ita quoque hanc mactationem & deletionem extra illa pœria in ullos alios Ethnicos exercere nullo modo poterant Israëlita.

CI. Cur autem hæc fuerit voluntas Domini, aliis in locis latius est expositum. Nimirum terram Chanaan patriam venturi Messia, scholam omnium populorum esse volebat Deus cœli & terræ, cujus rei probationem concinnant omnes Propheta. Ut igitur hæc academia purissima maneret in salutem omnium populorum aliorum, tam grandi decreto præcavere voluit Dominus. Similiter Chananæos per 400. annos patientia divina ruperit abusos ita tandem voluit deleri Deus sicut idem Amalekitas fermè post totidem annorum patientiæ divinæ abusum voluit deleri de sub cœlo, ut loquitur Scriptura, Exod. 17. 14. Deut. 25. 19. 1. Sam. 15. 2. 3. Si pœnitentiam egissent omnes Chananæi, cum Gabaonitis, servati fuissent in æternum, etsi pœnam temporalem in amissione terræ debuissent sustinere, quemadmodum sæpissimè Deus post remissam culpam æternam, tamen pœna corporali plectit ut 2. Sam. 12. Davidem, sicut etiam facit 2. Sam. 24.

CH. Quæ ex Exodi 32. de Levitis interficientibus Israëlitas, ex Num. 25. 7. 8. de Phinees occidente Israëlitidem & Midianitidem, ex libro Judicum de Ehad cap. 3. juxta verbum Dei necante hostem versu 20. de Iaël cap. 4. perimente Sisaram versu 4. 5. 6. 7. 8.

G

ad

ad Prophetissæ instructionem, de Davide interficiente Goliathū, postquam cum ipso unctō semper manserat Spiritus Jehovæ, idque ex S. S. instinctu, 1. Sam. 16. v. 13. & alia similia afferri possunt exempla, ea aut ad generalē regulam de mactandis Chanæis & Pseudopphetis jam propositam pertinent, aut ut ex contextibus semper dilucidissimè elucebit, proficiscuntur ex specialibus & extraordinarijs mandatis divinis, ex quali mandato Israelicæ jubebantur spoliare Ægyptios, quæ specialia mandata generaliter non sunt interpretanda pro omnibus Vet. Testam. hominibus.

CIII. His ita præmissis ut firmissimis ita solidissimis & prorsus invictis jam ut reliquæ responsi Smalciani expendantur à benevolis quarumcunque partium lectoribus penitissimè, diligenter oramus. Christus Matthæi 5. 43. dicit, *Audistis quod dictum sit, Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum.* Nostræ Ecclesiæ rectissimè illud ita declarant: *Audivistis quod dictum sit (non per Molen populo in desertis, sed per Pharisæorum antecessores, legis divinæ jejunos æstimatoros, Judæis antiquis, Hoc enim vocabulum ἀπὸ κοινῆς repetendum esse, ipsa ratio suadet) Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum.* Ego verò (pergit Christus prorsus contrarium suadens, & ita refutans illud *& Odio habebis inimicum tuum) dico vobis diligite inimicos vestros.* Et sic obtinere student nostræ Ecclesiæ istam suam sententiam, quod Matth. 5. Christus non det novas aut pleniores leges, sed quod vetustissimas divinas leges à jejuna Pharisæorū expositione vindicet. Deinde docent quemadmodum omnino pro reformatione habendum est illud hoc loco, *Ego verò dico vobis, diligite inimicos vestros,* quod etiam pro reformationibus & illustrationibus habenda sint omnia reliqua. Ego verò dico vobis versu 22. 28. 34. 39. quisquis irascitur fratri &c. Hac ratione vincimus adversarios, asserentes, Christum præcepta legis auctiora & completiora reddidisse.

CIV. Ut autem nostrum fundamentum liquidius cernatur, addimus hanc rationem inter alia quod hæ simpliciter sint reformationes, siquidem illud Christi (*Audivistis quod dictum sit, Diliges proximi-*

proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum) illud inquam ODIO HABEBIS INIMICVM TUUM, nusquam contineatur in uniuersa Scriptura Veteris testamenti, idque adhuc asserimus quod illa doctrina de odio habendo inimico nec quoad litteram nec quoad sensum extet in ulla Scriptura Veteris Testamenti. *Quod ad litteram non extet, cogitur fateri ipse aduersarius: quod ad sensum extare non possit, iam modo planum fecimus, siquidem in Vetere Testamento pro hostibus Dei ignaris, fuit orandum, licet contra prætractos & patientia divina turpiter abusus orarint sancti, sicut in Novo Testamento idem discrimen in praxi sacra nobis mandatum expressè esse, supra obtinuimus. Ergò quoad litteram in Vetere Testamento illa sententia non extat, quoad sensum extare non potest, quia in Vetere Testamento contrarium extat, imò in lege quoq; extat contrarium. Si enim Exod. 23. 4. 5. debet asinus inimici iuari, quanto magis ipse inimicus est iuandus, ut hac ratione carbones igniti colligamus super caput ejus seu ad reconciliationem ipsemet flectatur, Proverb. 25. v. 21. quæ uerba in eadem materia usurpat Apostolus Rom. 12. v. 20.*

CV. Mos est omnipotentissimi & sapientissimi Dei non longis commentarijs legum fatigare auditorem, sed aphorismis, & quasi uno casu quopiam unico de una qualibet regula seu lege sæpe ex ipsomet casu æstimanda ita rudissimi etiam auditoris captui sese accommodare, ut & ista breuitate coarctatum istud oraculum obliuisci nequeat, & ex illo tamen de infinitis alijs casibus uoluntatem Domini & ueram uivendi uiam facillime assequi ualeat. Id quod suo tempore, si Deus uitam dederit, planissimam reddetur, ut etiam inde omnes iudicare queant, quam blasphemie de perfectissimis legibus diuinis fuerit aduersarius noster supra locutus.

CVI. PORRO aphorismus ille ODIO HABEBIS INIMICUM tuum, si juxta Smalcij effatum olim extitit & rismus Odio postea periit tunc aut extitit in LEGE, seu postremis libris quatuor habebis inimicis, quos legis nomine propriè compellabit Smalcus, aut micum tuum extitit in alijs libris Sacris, qui nunc supersunt, aut extitit in aliquo qui olim extiterit in libro

Querit Smal-
cius utrum
talia sint
prohibita in
V. T. qualia
sunt prohi-
bita in N. T.
videl. ira,
voces tu fa-
tue, clamo-
res item &c.

Resp.
An non ze-
lus est cum
odio cou-
junctus.

In lege olim nequaquam extitit, quia nec Judæi nec Christiani ipsi Smalcio concedent, integras sententias ex lege periisse. Si extitit in alio aliquo præter legem qui adhuc superest, tunc jam tandem confugit in hac controversia ipse Smalcus non tantum ad legem, sed etiã ad alios libros V. T. & male fecit quod nos in hac eadem hucusq; voluit coarctare ad solã legem, ut ad quæstiones ipsi propositas daremus proluxa responsa tantum ex ipsa lege. De altero quæsto, utrum apud infideles iudices Christianis liceat experiri iudicio, & utrũ bella sint licita partim res est haud difficilis, partim jam modo explicata, ut nunc pluribus non sit opus. Alia autem à Smalcio instantia his proponitur verbis, Deinde dico, longè diversam esse iram & odium, inveterata demum ira odium est, at datur ira ubi nullum est odium. Leviticus tantum odium prohibet, Christus vero etiam iram. Denique non tantum iram Christus prohibet, verum etiam voces ex iracundiã profectas, quales sunt Fatue & Racha, clamores, item excandescencias & similia prohibet per Apostolos, quod nusquam in lege reperitur. Hæc ille. Respondemus etiam iram in lingua Hebræa pro inveterata ira usurpari. Psal. 37. 8: Desine ab ira (nempè ut præcedit à commotione propter malignos, à zelo super facientes iniquitatem, quia adhuc paululum & nõ erunt, ubi igitur debet aliquis DESINERE, ibi necesse est aliquid INVETERATUM.) Sic Genes. 27. 45. Mater dicit ad Jacobum, Fuge in Haran, habita cum eo dies aliquot (annos) donec quiescat ira fratris tui, Sic in Novo Testamento Syriaco Matth. 18. 34. iratus tradidit eum tortoribus, donec redderet omne quod debebat. Actor. 12. v. 20. Herodes erat iratus contra Tyrios & contra Sidonios, & venerunt, & petierunt pacem, Sic odium pro ira necesse est exponi Deut. 19. v. 4. qui non eum oderat ab HERI & nudius tertius. Potest enim ira esse unius diei juxta hæc clara verba divina Ira igitur & odium in sancta lingua ita concordant ut neutrum sit sine altero, etsi usus linguæ latinæ aliud sequitur.

C VII. Ad verba & gestus & clamores & rixas quod attinet, quid opus fuit proluxioribus verbis. Si enim Deus vult ut in corde diligas & non irasaris erga fratrem in corde, multò magis volet ut ab externis quiescas injurijs. Hanc autem illationem veteribus facilimam tunc autem obscuratam, quia ex solo verbo (Non occidas, quæ occisio ex ira cordis provenit & quæ ira atq; occisio prohi-

prohibita esse debet) non poterant excœcati à cœcis antecessoribus doctoribus videre Judæi, Christus iterum ipsis explicat, quam tamen optimè potuissent ex scripturis colligere. Alioquin exemplis idem & antea majores eorum collegerant & tunc debuissent ipsi quoque colligere: sic enim Dan. 3. 13. *in ira & in furore precipit Rex adduci tres viros & faciei ejus aspectus immutatus est*, 1. Reg. 21. 4. *Achab frendens super verbo projicit se in lectulum, avertit faciem ad parietem & non comedit panem*. Num. 24. v. 10. *Balac complofis manibus Balacum iratus alloquitur*. Proverb. 15. 18. *Vir iracundus provocat rixas*. Unde igitur veteres collegerunt, tales clamores & gestus esse legi Dei contrarios, inde etiam Pharisæi idem colligere debuissent.

CII X. Hæc omnia cum leviter saltem Smalcio in prioribus thesibus fuerant depicta & eorū ipse satis agnosceret soliditatem, audi lector, quid responderit: sic enim ille folio 244. cōtra septimam disputationem de bonis operibus, instat adhuc Smalcus: *Nusquam apparet, maledictionem propositam ei fuisse qui fratrem vel filium populi sui odio haberet, sed tantum ad consequendum mutuam pacem & concordiam inter Israëlitas ista præcepta tradita fuisse, CENSENDVM est. Verba verò Mosis: Maledictus qui non statuerit verba legis istius, vel ad sola Decalogi præcepta vel ad alia eis, quæ in Decalogo prohibita sunt, paria vel similia QVIBVS MINÆ MORTIS expresse annexæ sunt, referenda sunt, non verò ad ea etiam extendenda quæ ad nexos quosdam in populo extirpandos præscripta erant. Et hinc est, quod nusquam legimus, eum qui odium aleret erga fratrem suum, punitum sub lege fuisse, quod tamen non potuisset non fieri, si maledictus propterea fuisset. Hæc ille. Verum enim verò pœna peccatorum est duplex, corporalis & æterna. Corporalis alia per Magistratum inferenda, ut erat adulteri, homicidij, alia per Deum ut erant maledictiones Deut. 27. & 28. Æterna non nisi per solum Deum tandem infligitur. Porrò quoad æternam attinet, mors æterna deputatur Ezech. 18. non tantum illi, qui est adulter, sed etiam qui erga pauperem non fuit liberalis ex v. 7. & 16. analogia: quique ad usuram dederit versu 8. & 17. Et cessantibus etiam Magistratibus, tamen corporales & æternas Deus infert CUNCTIS peccatoribus, quicumque parva, mediocria & maxima committunt, quemadmodum extra controversiam, Et de his cunctis pœnis loquitur appendix, *Maledictus qui non statuerit**

verba legis istius Deut. 27. 26. item Deut. 11. per totum, & tandem
Faciatis omnia statuta & judicia quæ ego dico coram vobis hodiè. Frustra-
 nea igitur est Smalcij exceptio, quasi generalis ista maledictio
 pertineret tantummodo ad præcepta, QUIBUS MINÆ mor-
 tis sunt expressè annexæ. *Maledictus est qui non diligit proximum, qui
 irascitur vel odit proximum, quique iræ & odij quæcunque dat externa si-
 gna mala.* Nec sequitur quod Smalcius adhuc instat, pœna debetur
 propter homicidium, quod ex ira & odio oritur. Ergo iræ & odio
 non debetur pœna. Respondemus ita esse concludendum, Iræ
 & odio homicidium perpetranti debetur mors. Ergo cuidam in-
 ordinata affectui, iræ & odio debetur coram Deo pœna, *Alia est
 instantia: Qui fratrem suum non diligit, manet in morte, secun-
 dum 1. Joh. 3. 15. Sed non diligere minus est, quam odio prose-
 qui, Ergo multò perfectior est ira Evangelij in hoc præcepto, quam
 legis. Respondemus, Inspiciat illud ipsum ex lege derivatum apud
 Ezechielem 18. v. 7. 16.*

Instantia.

Responsio.

Instantia.

Responsio.

*An præcepto de non mœchando Christus aliquid adjecerit
 novi & completioris in Novo Te-
 stamento?*

CIX. 1. De adulterio per solam concupiscentiam commisso &
 per aliquot textus sacros indigitato responder Smalcius, nihil ali-
 ud ex illis colligi posse, quam tam internum, quam externum
 adulterium esse, internum verò interim pro externo habitum
 fuisse, id est, æquè atque hoc interdictum & punitum fuisse, ne-
 minem ex illis loquendi modis elicere posse. Sed RESPON-
 DEMUS, sicut hodiè cordis adulterium, ita olim idem adulte-
 rium etiam à Deo puniebatur, per regulam Deut. 27. v. 26. ge-
 neralem. Præterea (inquit) etiamsi tale aliquid inde elici posset, jam
 antea indicatum non semel est, has propheticas locutiones non fuisse omni-
 bus notas utpote quæ longo post latam legem tempore demum traditæ fue-
 rant & quæ ad omnes in universam poterant non pertinere. Denique non
 collectionibus iisque satis obscuris hic agendum est, si paritatem hac in re legis
 & Evangelij ostendere quis velit sed præcepta asserenda essent aperta ex LE-
 GE qualia asseruntur ex Evangelio.

*Smalc. que-
 rit utrū cor-
 dis adulteri-
 um fuerit
 prohibitum
 iō Lege sicut
 prohibetur
 à Christo
 Matth. 5.*

RE-

RESPONDEMUS, & iterum gratificamur adversario
 & ea omnia in lege quoque demonstramus & quidem in lege Ze-
 lotypia Num. c. 6. Zelotypia enim iudicium servari debuit po-
 scente marito sive revera alius cum eius uxore fuisset congressus
 sive saltem voluntatem inter aliorum & suam de adulterio com-
 mittendo ex signis aliquibus externis sufficientibus maritus a-
 ctor cognovisset. Sic enim expressus habet textus, vers. 12. 13. 14.
Vir cuius uxor dormierit cum altero, sed latet adulterium, si Spiritus Zelo-
typia concitaverit virum contra uxorem suam quæ (vel polluta est, ut re-
perit vetustanslatio) vel falsa suspitione appetitur (& ipsa polluta
non fuerit, ut habet translatio Pagnini.)

Lex Zeloty-
pie Num. 6.

CX. Fuit igitur iudicium Zelotypia usitatum in duobus
 casibus. 1. quando commissum fuit adulterium reipla. 2. quan-
 do saltem appetitus seu concupiscentia adulterij fuit in utroque,
 tum marito alieno, tum marito mariti. Uterque casus fuit
 à marito probatus ex externis circumstantijs & cum primis po-
 sterior quando internam mutuam concupiscentiam isti suis levi-
 tatibus externis prodiderunt, adeò ut inde ad Zelotypiam fuerit
 protractus maritus. Et sive commissum, sive non commissum
 esset adulterium, tamen urgente & instante marito marita aquas
 bibere amaras cogebatur, quas etiam seu bonus seu malus seque-
 batur eventus. Etsi verò bonus sequebatur eventus, tamen
 illa horrendo coram tota Ecclesia processu mulier monebatur
 de peccato internæ concupiscentiæ, quo talem sibi externam con-
 tumeliam attraxerat. Etsi verò maritus alienus aquas bibere
 non cogebatur, tamen & ad ipsum contumelia publica redibat
 tanquam internæ concupiscentiæ sat gravis poena, præter gene-
 ralem illam comminationem divinam Deut. 27. v. 26. cogitet
 de hac quoque penitus ipsemet Smalcus. Et in adolescente
 & virgine æquè turpe & damnatum habendum fuisse atque in con-
 jugatis idem facile ex his collegerunt cuncti.

Iudicium
Zelotypia in
duobus casi-
bus usitatu.

“ *Nota*
“ *Smalcus*

Ex num. 5.
quas objur-
gationes ge-

CXI. Et ex hoc fonte fluxisse admonitiones proverbio-
 rum Salomonis, Ecclesiastæ, Jobi, Prophetarum quis ex col-
 latione ipsa non animadvertet? Jerem. 5. vers. 8. *Vt equi Saturati*
quisque Prophetæ.

nerales &
speciales
scripserint
quisque Prophetæ.

quisque ad uxorem proximi sui hinniunt. Item Ezech. 16. 26. perstringuntur amantes carnem crassam & fluxum ut est fluxus equorum tum & asinorum copiosus in congressibus. Vide Job 31. 7. Proverb. 6. 24. 15. Quicunque talia in Prophetis legebant, ij simul admonebant seipfos de primo generali præcepto Numerorum 5. Nec quicquam refert, quod in lege generaliter fuit propositum si illud Malachias cap. 12. 15. ad solos Sacerdotes applicavit. Nam & specialiter sacerdotibus applicata, generaliter exponi possunt, modo per specialem præceptionem non prohibeamur.

CXII. 2. *An in lege prohibita fuerint verborum scurrilitates, vanitates, impudicitia & turpitudines:* Negat Adversarius, affirmamus nos & majoris explicationis gratia lectorem remittimus ad jam indigitatum caput 5. Numerorum. Unde enim in suspicionem trahebat maritus uxorem, nisi propter levitatem in congressibus, jocosorum verborum vanitatem, ut fieri solet & similia quæ Ecclesiastes cap. 11. in fine, vel 12. in principio vetat. Instat Smalcus & nimis certum est (inquit) suo modo non tantum permittere Ecclesiasten, quæ ad carnis voluptates pertinent, verum etiam quodam modo, ad ea adhortari. Respondemus & rogamus, ut totum Ecclesiasten perleget attentius, videbit eum hoc monere, ne homo in providentiæ divinæ arcana nimis scrupulosè irruere præsumat, sed officij sibi demandati partibus fungatur, & id quod Deus dat cum hilaritate, citra curas non necessarias participet. Prorsus igitur, quæ de Psalmis, de Prophetis perfectiora supra Mosen juxta Socini sententiam afferentibus, & de alijs libris eruunt Smalcus nostri rectissimè improbant. Verba Smalcij hæc sunt: dicā iterum, quod quasi generale est. Quæcumq; ex Ecclesiaste & alijs ei similibus adducuntur libri præcepta ad mores pertinentia, ea ad hominem bene moratum & religiosum efficiendum quidem pertinent, nemo tamen sub lege necessario ea servare tenebatur, Nec cultoris Dei nomen is amittebat, qui ea non observaret. Hactenus verba Smalcij. Ad quid autem quæso per omne Sabbatum voces Prophetarum fuerunt olim prælectæ veteribus ecclesijs Act. 13. 27? & quidem una cum lege, ut habetur in eodem cap. 7. 15. item cap. 15. 21? si non debuerunt eas servare Israelitæ, & si cultoris Dei nomen non servando non amittere potuerunt. Instat Smalcus: quid commune habet cum prohibitione turpiloquij & facetia-

Scurrilitates & impudicitia an prohibita in lege fuerint.

Objectio Smalcij contra Ecclesiasten cum Resp.

Instantia adversarij contra Ecclesiasten.

Responsio ad instantiam præcedentem.

etiarum prohibitio legalis, ne vir induat vestimenta mulieris. Indutio illa factum est, valde leve & obscœnum, quod peccati gravioris occasionem etiam facile præbere potest, & à quo ipsa denique ratio abhorrere videtur, at eorum quædam, quæ Evangelium interdicat, tantum non pro virtutibus habebantur apud ipsos Ethnicos etiam moratissimos, qualis est ἐὺλογητικὰ. Respondemus, ipse Smalcus rectè in hoc exemplo explicat Moysen, hoc nimirum pacto, qui prohibetur induere vestem mulieris, is prohibetur sibi cavere à levitate omni, obscœnitate omni, & ab ijs, quibus occasionem talis res facile præbere potest. Faciat autem idem in alijs legibus divinis & nihil habebit quod solide ulterius nobis objicere possit si quidem videbit, morem illum Dei esse sub uno casu prohibere omnium cognatorum vitiorum segetem, ut sub compendioso aphorismo adjuvaret memoriam idiotarum

CXIV. Quod ad ἐὺλογητικὰ attinet, in Syriaco est thema ἡσυχία quod 1. Cor. 10. v. 6. ab Apostolo Græcè redditur παύσθη ludere, sedet populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. Qualis lusus ille fuerit, indicatur Exod. 32. 18. Idem thema 1. Tim. 1. v. 4. Græcè redditur μὴ σιωπῆσαι. Id verò quid sit declarant consequentia in eodem versiculo videlicet quæ potius quæstiones præbent quam adificationem Dei quæ est per fidem. Ergò quia ambiguum est illud vocabulum, Apostolus Ephes. 5. 4. valde commodè scripsit, ne nominetur inter vos obscœnitas & stultiloquium ἢ aut ἐὺλογητικὰ, quam versu 6. videtur per inanes sermones iterum tangere.

CXV. De concubinato & polygamia in Vetere Testamento quidem cōcessa, sed tamen non concessa per verbum aliquod expressum, concedit adversarius, sed addit, nec primo interdictam nec post factum reprehensam. Vbi enim (inquit) lex ista vetat, ubi ea reprehendit, Evangelium verò apertissimè utrumque prohibet: Ei opposita fuerant duo, 1. quod Deus unum marem & unam fœminam condidit, hoc facto toti posteritati indicare volens, duas tantum personas in conjugio vivere simul debere. 2. quod in arcam Noæ tantum quatuor mares & tantum quatuor fœminæ ingrediuntur, ubi propter celeriore multiplicationem utrinque opus fuisset pluribus fœminis. Hæc omnia (regerit ille) quid ex mente Dei fieri debuerit tantum per consequentias indicant, quod nos non negamus. Nunc verò non de eo quid Deus voluerit fieri, sermo est, sed de eo quod permissum sub

H

lege

CXIII.

Alia objectio Smalcij de ἐὺλογητικὰ quam Ethnici pro virtute Apostoli pro vitio habuerunt. Responsio ad objectionem de ἐὺλογητικὰ virtute Ethnica ab Apostolo pro vitio habita.

An polygamia fuerit permissa in V. T. à Deo ipso.

lege fuerit, nec aperte prohibitum. Potuit autem Deus aliud velle, & aliud
permittere tunc temporis pro ratione hominum & fœderis. Hæc ille.

CXVI. RESPONDEMUS, illa duo pro duabus personis in
conjugio antea allegata olim in praxi Ecclesiæ plurimum valuisse;
relictatur quod plurimi à polygamia fuerint alieni, ut ut Patres cum
primis post promissum de multiplicando semine suo in immensas
generaciones datum, & propter spem in immentum multipli-
candi generis sui divinitus sibi factam, morem gentium tunc publicè
receptum fuerunt imitati. Et valent illa duo ad hunc usque diem: &
quidem primum exemplum Adæ & Evæ simul in sese duo com-
plectitur 1. quod tantum duæ personæ debeant constituere con-
jugium. 2. quod debeant vivere citra repudiationem aut distra-
ctionem, adeò ut fiant tres personæ, si una quidem injustè ejicia-
tur & tertia superinducatur. Et utrumque simul complectitur.
Christus Matth. 18. ubi versu 3. quærent Pharisei, *utrum liceat di-*
mittere uxorem, & post responsum à Christo versu 4. & 5. datum,
Pharisei iterum interrogant versu 7. *Cur ergo Moses dedit libellum re-*
pudiv, & de hoc iterum respondet Christus versu sequente.

Cur Apосто-
lus scripserit
Episcopum
debere esse
VNIVS u-
xoris virum.

CXVII. Sed & huc expendendum accersimus illud alterum in
Novo Testamento Tit. 1. 6. 1. Tim. 3. 2. ubi docetur *Episcopum esse*
debere unius uxoris virum. Cum enim tunc sub Novo Testamen-
to in mundo passim esset usitatum, ut & vir unus esset plurium
uxorum & una uxor esset plurium virorum (quod planissimè e-
victum est in disputationibus super articulos, abusu Augustana
Confessionis, quæ una cum reliquis prodierunt ante aliquot
annos) Apostolus voluit ut à polygamia omnino & strictissimè a-
lienos sese præberent Episcopi, ut tandem hoc pacto Episcopis
sese reliqui pij conformare discerent. Non semper probat Deus
quod permittit, aut quod etiam propter certas causas Prophetæ
& Apostoli permittere coguntur. Eadem sit responsio de poly-
gamia Veteris Testamenti.

CXVIII. 4. De repudio scribit Smalcus ex Deut. 24. v. 1. 2.
quod olim fuerit permittum *ob quamvis turpitudinem etiam levem,*
in uxore alicujus deprehensam. Respondemus iterum negando, quia
in Hebræo est illud vocabulum, quod significat nuditatem &
sæpius usurpatur, ne quis revelet alterius nuditatem, turpitudi-
nem

nem, hoc est, cum ipso coeat. Adeo ergo mens legislatoris fuit, ut non fieret repudium, nisi propter grandem causam, qualis est adulterio aliquid valde propinquum, aut ipsum adulterium licet non perfectissime tunc probatum, ut de zelotypia etiam dictum est.

An praecepto de non furando aliquid novi & completioris adjecerit Christus in Novo Testamento?

CXIX. Afferit Smalcus, in Evangelio non tantum furtum illud prohiberi, si quis vel per vim vel per dolum qualemcunque aliena ad se pertrahat, verum etiam illud pro furto haberi, si quis ea, quae aliis jure caritatis debentur non reddat, & hoc fieri ab avaris, qui dum plura appetunt, vel servant, quam eis ad se alendos opus est, aliena servant, & ita pro raptoribus alienorum haberi possunt. Item: liberalitatem in lege commendari non difformemur sed non tantam praecipere, quantam in Evangelio, nemo sanae mentis affirmare potest. Sub Evangelio enim plus habere vel servare ex omnibus bonis non licet, quam quis ad se suosque sustentandos opus habeat, sub lege vero per se & suis quam plurima servare omnino licebat, Et si quae ad liberalitatem exercendam in lege vel apud aliquem sub lege existentem extant, praecepta vel monita, ea vel parum admodum praecipunt vel si multum praecipere videntur, neminem tam necessario & precise obligant sed simplices tantum sunt admonitiones, quas qui non observaret, nullam poenam incurrebat, nec pro injusto aut alienorum raptore censebatur. Haec ille.

CXX. Respondemus nos non satis mirari posse hanc Smalcij audacissimam assertionem. Etsi enim iisdem verbis haec omnia in scripturis Legis non inculcantur, tamen sensus eorundem plus quam abundantissime hinc inde extat. Ante omnia vero falsum esse & nullo scripturae testimonio probari posse pronunciamus, in Novo Testamento non licitum esse plus habere vel servare ex omnibus bonis, quam quis ad se suosque sustentandos opus habeat. Etsi enim commendatur i. Timoth. 6. *animus sorte* (seu parte) *sua contentus*, tamen & initium ejus capituli ostendit, hanc *consolatoriam ad servos* principaliter dici, adeoque tenioribus ipsismet applicari. Et in exitu capituli divites ipsismet instruuntur, quomodo sese inter medias divitias gerere debeant.

An liberalitas sub lege tanta fuerit praecepta, quanta per Christum fuit mandata.

Audi lector.

Attende lector.

Hoc est fundamentum quorundam Anabaptistarum quasi pro communiione bonorum.

Ostiatim
mendicari
prohibet
Deus in Le-
ge.
Pauperibus
rectissime
in Lege pro-
spexit pau-
perum pater
Deus.

Scopus N. T.
principalis.

Cur usuras
ab exteris
petere lice-
ret Iudais.

CXXI. Reliqua verò quam pulcerrimè sint inculcata in LE-
GE, paucis libet solummodo adumbrare. Deut. 15. 4. *Non sit in te
Mendicus.* Versu quidem 11. dicitur: *quod non deerit mendicus*, sicut
Christus ait, *pauperes semper habebitis vobiscum*, Matth. 26. 11. Marci
14. 7. Ne autem mendicando ostiatim panem quærere cogeren-
tur Israëlitaë tenuiores, illa sua lege præcipit. *Ne sit in ipsis mendicus.*

CXXII. Quibus autem pactis pauperi succurri queat & de-
beat, media constituit Deus plurima & jucundissima per totam
suam legem. Tales modi sunt qui sequuntur: ut septimo quovis
anno ubi terra requiescit nullus creditor à debitore (paupere cū-
primis) mutuum reposcere audeat. 2. Ne appropinquante anno
septimo divites ad mutuandum pauperibus fierent remissiores,
versu 9. additur comminatio, *ne clamet contra te ad Iehovam, & erit
tibi in peccatum*, item versu 10. additur promissio, *Hujus rei gratis
benedicet tibi Iehova Deus tuus in omnibus operibus tuis, & in omni re, quam
tractaveris. Aperiendo aperies manum fratri tuo.* Adeo in Novo Testa-
mento tam prolixis verbis illa non inculcantur, siquidem Novū
Testamentum principaliter docet, in Christo impletas esse divi-
nas promissiones in redemptione generis humani, & in pietatis
doctrina sicut divitem Abrahamus, ita Christianos Apostoli re-
mittunt ad Veteris Testamenti inculcationes pulcherrimas. Luc.
16. 19. 2. Tim. 3. 16. 3. Ut in magno & parvo Jubileo dimittan-
tur servi & ancillæ, non vacui, *onerando onerabis eum de pecudibus
tuis, de area tua, de torculari tuo*, ibidem versu 14. 4. Ne agri pos-
sent vendi, ut nec servi, &c. nisi cum pacto de revendendo Levi-
tici 25. 5. Ne fratri detur pecunia non nisi cum spe usuræ & sub
pignore Deut. 24. 6. Alienigenarum semper erat alia ratio, ut af-
suescerent illo onere corporis sibi quærere citius salutem animæ
& tum pares habebantur post conversionem, cum reliquis fra-
tribus. 6. Ut septimo quovis anno pauperibus communia ef-
sent omnia ex terris & arboribus enascentia Levit. 25. v. 2. 3. 4. 5. 6.
7. Ut in messe non præcisè demetantur agri, nec omnia avidissi-
mè colligantur, nec oblivione relictus manipulus in agro repe-
ratur ibidem Deut. 24. v. 19. & sequentibus. 8. Ut tertio quo-
vis anno decimæ singulares colligantur etiam pro peregrinis, vi-
duis &c. Deut. 14. v. 28. 29. Deut. 26. v. 11. 12. 13.

CXXIII. Ex his fontibus apud Prophetas enatae extant illae gravissimae comminationes, de vitandis rapinis pauperum Esa. 1. 23. & 10. 2. Jerem. 6. 28. Prov. 28. 15. Amos 8. Mich. 3. 2. Zach. 7. 10. quae sunt talibus verbis à Spiritu sancto conceptae quibus ad medullam animae usque terrentur omnes quotquot pauperem defraudare, praesument, quales non extant ut nec tam frequenter in N. Test. Obsecramus lectorem ut capita allegata singula aliquoties percurrat & optime evolvat, quia istis verbis suis Deus ex caelo proclamat & testatur se esse Dominum & vindicem pauperum, quae de re integer liber scribi posset ex sola gloria divinae vindicatione, ut Smalcium magnae convinceremus blasphemiae, qui statuit, in V. Test. simplices ad liberalitatem esse admonitiones. Praeter Deut. 15. legatur Esa. 58. 7. 8. *Frangere esurienti panem tuum, egenos & vagos introducere in domum tuam, nudum operi, carnem tuam ne despexeris tunc erumpet quasi aurora lumen tuum & gloria Domini colliget te, tunc invocabis & Deus exaudiet.* Legantur sequentia jucundissimis consolationibus plenissima, Amos 8. post 4. 5. 6. versum de devoratoribus pauperum: *Iuravit Dominus in superbiam Iacob si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum. Nonne super isto commovebitur terra, &c.*

CXXIV. Procedit Smalcus de continentia in cibo & potu & vestitu, quarens, ubi à mundo sese puros servare, vel mundum & ea quae sunt in eo non diligere jubeantur, antiqui Dei sub lege cultores. Respicit autem ad illud 1. Joh. 2. 16. *quod est in mundo concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum & superbia vitae est.* Verum etsi non eadem verba, tamen eadem prohibitiones earundem rerum extant in V. T. Haec enim tria nihil aliud sunt, nisi voracitas, libido, superbia. In cibo quantam Deus temperantiam praeeperit populo suo, patet ex Levit. 11. Deut. 14. ubi mandato continentiae à multis etiam delicatis comprehenditur prohibitio excessus superflui, Deut. 21. 20. de poculis nimis extat poena, quae in sese continet prohibitionem comotationum. Si enim jubetur filius potator & impoenitens interfici, utique mandatur continentia. Si parentes & iudices debent pertinacem potatorem interficere, multo magis ipsi à talibus potationibus abstinere debent.

CXXV. Riserunt autem Studiosi nostri responsionem Smalcij ad hoc dictum, cum scripsit: *IN CERTIS tantum HOMINIBUS vitium illud commestationis reprehenditur (nimirum in V. T.) Item possessori*

H 3

bonorum.

An in Vetere
T. jubeantur
pij vitare
mundum &
ea quae sunt
in mundo,
ut jubentur
1. Joh. 2. 16.
Resp.



honorum licuisse illis pro arbitrio suo uti. Expendat iterum ipsemet re-
Etius jam datas illationes. Si parentes & iudices debent potationes puni-
re, multo magis ipsi ab eis debent abstinere, neque abuti suis bonis pro suo lu-
bitu. Sive potatio fiat perpetuo sive plerunque semper, perinde
est, hodie æque est vitium atque cras, cum illa tum ista. Si perpe-
tua est, perpetuo aggravat corda, si interrupta, interruptè aggra-
vat corda. Neque licebat parentibus non facere illud, quod præ-
cipitur Deut. 21. 20. quia ad hanc quoque legem violatam perti-
nebat comminatio Deut. 27. 26. Quod addit Smalcus Evangelium
autem Christi etiam regibus & principibus omnem commestationem inter-
dicere, etiam modicam, petimus probationem cum & Christus (sed
malè) iccirco audiret homo edax & vini potator, publicanis ami-
cus & peccatoribus Matt. 11. 16, nimirum propter modicas com-
estationes.

De dicto Es.
3. Va qui
sunt poten-
tes ad biben-
dum.

CXXVI. Ad dictum Esaiæ cap. 5. 22. *Va qui sunt potentes ad bi-
bendum.* Respondet 1: quod sit multis post latam legem seculis ab
uno homine divino, non omnibus in universum, præceptum sed
quibusdam tantum annunciatum 2. quod non omnis excessus ibi
prohibeatur sed qui est crassus, & fit per surrectionem mane ad po-
tandum usque ad vesperam. 3. Quod non simpliciter sed certo
respectu prohibeatur, ita nimirum quando iccirco & opus Domini ne-
gligitur. Sed 1. est injuria in Deum qui Prophetas æque ab omni-
bus vult audiri. 2. Phrasis est prophetica, quæ more Prophetarum
minimas circumstantias etiam enunciat. 3. Ostendit finem omni-
um potationum, quia in omni potatione negligitur opus Domini.
Et ita re ipsa nihil respondens Smalcus tamen audet addere, *Ecce
benigne lector, quam non pauca responderi potuerint.*

De modera-
tione vestit⁹
ex V. T.
Verba Smal.
de Es. 3. quæ
sunt tonitru
contra luxu-
riam vestiū.

CXXVII. Ad vestitum moderandum monebat generalis re-
gula *ne ascendat super te vestis diversarum specierum ex lana & lino* Levi-
tici 19. 19. Deut. 22. 11. ex qua lege sumpta est reprehensio superbiæ
mulierum apud Esaiam cap. 3. Audiatur autem Smalcij responsio
in Deum scoptica super Esa. 3. Ait igitur (pro Ostorodo) beneficia
divina eo in loco filiabus Sionis exprobrari, & minas eis proponi secuturæ
mutationis. Qui verò beneficia exprobrat is ea quæ exprobrat non taxat, sed
tacitè commendat & commendata esse vult: qui itidem minatur ad emtionē
vestium elegantium ob peccata is vestium elegantiam obedientiæ præmium
fuisse satis manifestè docet. Nec ideo minatur filiabus Sion, quod sordidas ve-
stes

stes & nuditatem eis immisurus sit, quia luxu vestium in Deum peccassent, sed quia tunc cum vestium luxu Dei benignitate abundarent, Dei oblitae fuissent & superbia & lascivia sua in Deum peccassent. Quasi non sint diversa, luxus vestium, & talis vestium lascivia & quasi non possit huiusmodi lascivia abesse ab ea, quae vestibus induca est splendidissimis. Hæc ille.

CXXIX. Respondemus, quoniam sine instituit ipse Deus tam scrupulosam enumerationem vestium muliebrium, nisi ut doceret, hanc ipsam varietatem & multitudinem esse ipsummet luxum & ipsammet superbiam mulierum. Cui suffragatur Apostolus 1. Pet. 3. 3. 4, loquens de sanctis matronis, quarum non externus ornatu in nodis capillorum, & circumposito auro, vel palliorum fuit amictu. Nominatim Sara introducitur. Scilicet Sara mulieribus N. T. proponitur in exemplum, & non fuerit olim proposita mulieribus ex suo semine proprio natis, Sara inquam cui terræ data fuit corporalis promissio cum qua corporali terræ promissione etiam Saræ necessariò fuit data permissio splendidi vestitus, si veteribus ex Sara prognatis sub V. T. mulieribus talis splendor vestium juxta adversarij sententiam fuit concessus.

An Christus aliquid adjecerit præcepto de non dicendo falso testimonio?

CXXIX. Negat Smalcus in lege ex levitate profecta mendacia prohiberi, ut nec inveniri ullum locum in V. T., in quo prohibeantur, ne judicent alij alios aut damnent, cum tamen Christus ita ista interdicit ut judicatum eos & damnatum iri affirmet, qui ista faciant. Mox tamen addit, si tamen aliquid quod ad verba simile inveniretur, id sensu longè diversum esse ab eo, quod Christus præcipit, sicut verba Psalmi 34. 13. quis est homo, qui vult vitam, & diligit videre dies bonos, ex mente legis, ad temporalem vitam, ex mente Evangelij ad æternam pertinere ait. Resp. 1. de vocabulo Hebræo, quod extat Exodi 23. 1. sicut supra in præcepto de non assumendo nomine Domini factum fuit, nimirum, quod significet & vanum seu levem & falsum. 2. idem esse judicare & condemnare hominem, quod odisse & traducere hominem quæ prohibita sunt tum Levit. v. 19. 17. tum in præcepto hoc de falso testimonio, deq; utroq; extat maledictio Deut. 27. 26. 2. Posse unam sententiam scripturæ duplicem habere contrarium intellectum negamus.

An Christus aliquid adjecerit ad postrema duo præcepta Decalogi?

De his nullum allegat oraculum sacrum Smalcus.

Tacemus igitur & nos.

Expende lector Smalcus declarationem in Deum scopricam super cap. 3. Esaiæ de luxuriosis vestibus mulierum.

An in V. T. prohibeatur judicare ne judicentur sicut in N. T.

An in V. T.
jubeantur
pij ponere
animas pro
fratribus sic-
ut in N. T.

CXXX. Præceptum de ponenda animâ pro fratribus & de laboribus & periculis pro fratre sustinendis odiosissimis & periculosis continetur in ipso præcepto de diligendo fratre sicut teipsum Lev. 19. 17. Ex hoc fonte enim natæ sunt (non verò ut passim Smalcus contendit ex aliquo Prophetico quasi gustu Novi Testam.) illæ aureæ & ἡ ἀγάπη Deut. 22. 1. 2. 4. de pecoribus proximi reducendis, interea fovendis, sublevandis, Non abscondes te ab eis, non occultabis te ab illis, Prov. 24. 11. erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses, & 31. 8. Aperi os tuum inuito & causis omnium filiorum qui pertranseunt. Qui jubetur eruere innocentes, qui ducuntur ad mortem; Et qui eos qui trahuntur ad interitum, jubetur liberare incessanter, quiq; jubetur causam agere omnium qui sunt in circuitu ipsius, nimirum hoc pacto innocenter oppressi, ille jubetur secundum declarationem ipsam Socini, animam ponere pro fratribus, sed prius verum. Ergò & posterius.

CXXXI. Neq; Esa. 1. 17. agitur tantum de iudicibus in simili admonitione, sed de iudicijs & quibusvis alijs, vide versum 10. ubi dicitur *audite verbum Dei principes Sodom, auribus percipite legem Dei nostri populus Gomorrhæ.* Vide etiam versum consequentem 21. ubi tota civitas compellatur. Vetus igitur omnino est illa doctrina sive legalem nomines, sive Propheticam, quod tamen discrimen adversario non conceditur. Quomodo enim non esset explicator legis Salomon, qui ubiq; plurima legalia proponit.

De verbis
1. Iohan. 2.

CXXXII. Jam verò ad Smalcij responsionem quod attinet: ponamus casus, illud τὸ ἀπὸ ἀρχῆς pertinere ad tempus annuntiari cœpti Evangelij, num statim sequetur, etiam illud τὸ ἀπὸ ἀρχῆς veterem doctrinam ad idem initium pertinere. Duo sunt 1. vetus doctrina 2. annuntiatio facta inde à principio annuntiari cœpti Evangelij. Per se vetus est doctrina de tanta dilectione proximi, sicut ponantur etiam animæ pro fratribus. Et potuit illam doctrinam etiam à principio ministerii sui à Christo vehementer inculcari. Alijs argumentis ad refutationem opus est Smalcio.

Responsio ad duo dicta sacra in frontispicio hujus disput. posita.

CXXXIII. His omnibus ita propositis jam tandem facilis est responsio ad illam detorsionem oraculorum sacrorum. Rom. cap. 3. v. 28. *Arbitramur hominem justificari fide absq; operibus legis, quasi Apostolus excluderet opera sicut ea requirebantur à lege Mosaica olim etiam*
in

in Decalogo & quasi non excluderet opera legis prout legem Christus reformavit, auctiorem & completiorem reddidit. Si enim, quod huc usque satis fuit deductum, pro imperata instituti presentis brevitate, Christus leges morales non ita reformavit, nec ita auctiores & completiores reddidit, tum sequitur, quod justificemur non nisi per Christi pro nobis satisfaciens meritum, sacrificijs veteribus pulcherrimè & firmissimè adumbratum, & quod opera nostra ad ipsam salutem, hoc est ad donationem vitæ æternæ, & ad remissionem peccatorum efficiendam per se prorsus non concurrant: etsi interim propter mandatum Dei ad ea præstanda singuli & universi maximopere sunt obligati.

CXXXIV. Manet item invicta sententia Apostoli Gal. 2. 21. Si per legem (sive ut eam Deus in V. T. proposuit, sive ut eam Christus expolivit propter causas dictas) est justitia, tum Christus frustra mortuus est.

De 7. Capite ad Romanos.

CXXXV. Antequam verò concludatur hæc disputatio non quidem ex professo, quod non patitur hujus imperatæ brevitatis ratio, & ideo differtur in aliud tempus, si Deus voluerit, sed ut interim adversario saltem aliquid innuamus de 7. cap. Rom. paucis est monendum, ubi circa finem Paulum de se ut renato loqui, Ecclesiæ nostræ sentiunt. Quam sententiam (inquit Smalcus) nos falsam & salutis humanæ perniciosissimam esse, dicere non diffitemur. Et quod adhuc alterum attinet testatur id nimis experientia ipsa. Quot enim hominum mille myriades, cum crederent satis esse ad regenerationem, si legem Dei approbarent & de ea implenda tantum cogitarent, vel tantum eam implevdi propositum haberent, interim tamen bonum, quod volebant, non facerent, sed malum, quod odio habebant, somniarunt istum thesaurum immortalitatis? CVM VERO EXPERGESSENT, REIPSA EXPERIENTVR, se thesaurum nullum habere, sed æternæ damnationis mancipia fore, &c. Hæc omnia Smalcus.

CXXXVI. Porro inter argumenta Socini quibus docet Paulum in 7. ad Rom. capite loqui non de se ut renato sed sub sua persona de homine, qui Christi expers adhuc sub lege est, hoc etiam unum est quod Paulus ait, Ego autem vivebam aliquando sine lege: Sed hoc de Paulo intelligi non posse, ita probarat Socinus (inquit Smalcus) quia sub lege Paulus natus erat, & in ea ad pedes Gamalielis accuratè institutus. Sed contra Socinum opposuit Franzius, Paulum intelligere illa tempora,

Acerrima
Smalcij
locutio ad
Theologos
& concionatores
Lutheranos.



Quando irasci solent adversarij, an non tunc tangi in conscientia sint existimandi, lector judicet ex hoc exemplo.

quando Phariseus ex Phariseorum pendebat declarationibus illis, quibus interna opera à lege non requiri existimabatur, quale exempli gratia hoc loco ab Apostolo de concupiscentia adducitur. Contra hanc responsionem Franzij, quæ omnino à Franzio adhuc validissima & invicta & ab aliis quoque immota judicatur, tantopere Smalcus excandescit atque circa ullam aliam excanduit in toto libro, adeo ut Franzius putet, Smalcium in conscientia vel aliquantillum tactum, siquidem nusquam adversarij tumul-tuosius sese gerere solent, quam ubi scrupulum injici sentiunt.

CXXXVI. Sic enim ait: *Quid est gloriari & arrogare sibi aliquid, vel potius ineptire, si hoc non est, solidissime ait se respondere cum tamen vel nihil prorsus respondeat, vel adeo misere se gerat ut vix absque indignatione legi ista possint.* Nam præter meram & nudam affirmationem, nihil attulit Franzius. Ait Paulum hic de se loqui & intelligere illa ipsa tempora quando Phariseus à Phariseorum pendebat declarationibus. Hac assertio certe probanda erat, Franzius verò quid facit? Omissa probatione tam controversæ, docet quales illæ declarationes Phariseorum fuerint & quid (ex mente ipsius) à lege requisitum fuerit declarat, & tale quid etiam in lege de concupiscentia requisitum fuisse, Paulum monstrare ait. Piget me sanè laboris, quem suscepi, & nisi Franzius tantum sibi ob has suas plusquam elumbes theses tribueret & communi studendum esset commodo jampridem illum abjecissem. Vix enim est quod lectione nedum responsione dignum sit, ut hic, sic etiam in sequentibus & an jure ita conquerar, lectori cordato judicandum relinquo. Hæc ille, quem non miraberis lector. Siquidem etiam cum tali quopiam stomachationi cuidam simili affectu etiam alios excipit. Disputatione prima hoc argumento pro divinitate Spiritus sancti petitus, quod Spiritus sanctus sit persona, quia cum personis duabus æqualiter conjungitur in formula baptismi, ita scribit, iure credi potest, proprie ista verba Patri & Filio competere, qui personæ sunt: improprie autem Spiritui sancto & Christo fortasse nunquam ita locuturum fuisse si de solo Spiritu sancto sermonem habuisset.

CXXXIIX. Ad canonem Veteris Testamenti pertinere Psalmos, & Prophetas (ita quoque proverbia & Ecclesiasten) apud nos est & omnem Ecclesiam indubitarum & quodam respectu cogitur fateri ipsemet Smalcus, nimirum quatenus tunc vixerunt, cum duraret lex. Sed tamen mox ad legem eos non pertinere contendit quatenus præcepta, sicut loquitur ipse, quæ in eis conti-

continentur, non pro universalibus vivendi regulis, quas omnes sectari teneantur, quales erant eae quae in lege sunt propositae, habenda sunt sed pro singularibus. Ideo ad allegationes ex Prophetis superius dixit, Prophetae non ad omnes Iudeos pertinebant, vix scintillula sunt flammae Evangelicae Psalmi Davidis, contraria sunt in Psalmis non pauca ijs quae habentur in oratione Dominica (ut imprecationes, de quibus tamen supra quid sentiendum contra habes lector.) & tamen oratio Dominica Franzio est epitome Psalmorum, sic scilicet coeco impetu quidvis affirmandi feruntur ij qui praconceptas opiniones afferunt.

CXXXIX. Jussus monstrare ubi nam extet in lege illud, odio habebis inimicum, respondit, potuisse illud extare in libro, qui postea perierit. Item Psalmos non ita obligare omnes Israëlitas, quae in Psalmis sunt scripta, praecepta Salomonis accensere legis praeceptis, valde ridiculum esse, verba proverbiorum (alicubi allegata) consilia potius censenda esse. Hic iterum (inquit folio 248.) Malachiae testimonium affertur, cum legis quae omnibus lata est, testimonio opus est, Ecclesiastae qui multis seculis vixit post legem latam praecepta talia non esse, qualia sunt legis.

Cum premitur pro licitis bellis illo Johannis Baptistae, estote contenti stipendiis vestris, ita respondet, verba Johannis Baptistae quid ad nos Christianos pertinent, ut ex illis vivendi normam petamus? Quomodo à Iohanne & doctrina ejus vivendi normam petent Christiani? Haec non ad invidiam conflandam adversario libuit semel repetere sed monendi causa, quia singulis locis ista non potuerunt refutari & dignè accusari, ut nunc protestatū fieret nos talibus importunis importuni adversarii conatibus plurimum citra tamen personalem affectum indignari, superiusq; alicubi semel instruxisse amicum lectorem in alijs scriptis idem quoad legem contineri quod continetur in ipsa met lege. Simul etiā testatū facimus potuisse adversariū per justā talionis pœnam in multis locis, digna reprehensione graviq; exaggeratione accusari, verbis duris excipi, sed nos & hîc & alibi magnis de causis ab illis abstinuisse.

CXL. Sed ad rem. Audiamus cur nunc propter ea quae de Rom. 7. cap. dicta sunt stomachetur. *Falsum est*, inquit *Christum Matth. cap. 5. declarationes legis, quales Pharisei afferre solebant perstrinxisse.* At, Smalci, speramus, & nunc contrarium à nobis satis esse evidentum *συν* *ἴστω* adeo ut certissimi simus rem aliter sese nō habere. Deinde ait, Paulum hic de se loqui & intelligere illa ipsa tempora, quando

Est ne hoc illud Smalci, Habent Mo- sen & Pro- phetas, hos audiant?

Si ita perre- xerit Smal- ci9 cum suis, nemo ex no- stratib9 ipsū amplius au- diendum suadebit.

Probatio.
Quod intel-
ligat Paulus
per & ALI-
QUANDO
tempora illa
ubi legem
Pharisaice
interpreta-
batur ipse
quoque.

Phariseus ex Phariseorum pendebat declarationibus : Hæc assertio certe probanda erat. Respōdemus rem istam nostro iudicio per se esse nimis certam, quod Paulus aliquando Phariseus Phariseorum declarationes fuerit secutus.

CXLI. Vide enim lector quid dicat de se Apostolus Act. 9. 1. & 22. 3. Ego sum vir Iudæus natus in Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista civitate, juxta pedes Gamalielis, institutus ad exactam formam paternæ legis, zelo Dei accensus vel emulator legis SICUT ET VOS ESTIS HODIE. Alloquitur autem ibi Judæos inconverlos, de quibus Christus Matth. 23. 3. qui transgrediebantur mandata Dei per traditiones patrum, qui docebant doctrinas mandata hominum, versu 18. qui nesciebant, ea polluere hominē quæ egrediuntur ex corde, ut sunt cogitationes malorum, cædes adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, obrektiones. Hæc enim sunt, quæ polluunt hominem, Illorū autem manibus vesci, non polluit hominem.

CXLII. Audi adhuc de seipso loquentem Apostolum Act. 26. secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Phariseus (vel secundum aliam versionem, vitam meam actam à juventute sciunt omnes Iudæi, ut qui antea noverint me jam inde à majoribus secundum exquisitam illam sectam nostræ religionis vixisse Phariseum) Galat. 1. 13. Audistis conversationem quondam meam in Judaismo, quod proficiebam in Judaismo super multos æquales in GENERE MEO cum vehementiore studio tenerer traditionum, quas à patre meo acceperam. Ex his igitur clarissimis verbis Dei allegatis cōcludimus hæc duo sequentia, 1. quod Christus in rei veritate Pharisaicas legis sacræ corruptelas repurgarit, non vero legem divinam reddiderit auctiorem & completiorem, siquidem nominatim Phariseorum traditiones carpit, Matth. 23. 2. quod Paulus Pharisaismo strictissimè QUONDAM seu ALIQUANDO fuerit addictus isti, qui nō Dei sed hominū mandata docebat. Et sic habent theses suos lumbos & satis aptos & nō ineptos, ut etiā satis firmos, quos Smalcium prius decet expendere.

Instantia 1.
Smalcij.
Responsio ad
instantiam
preceden-
tem,

XLIII. Instat Smalcij : Sed sint ista omnia vera, quid ad propositū faciunt? longè enim aliud est pendere ex declarationibus Pharisaicis & sine lege vivere, imò tacita in his orationibus contradictio est. Nam quicumq; pendet ex declarationibus Pharisaicis, is eo ipso sub lege vivit, & sine lege vivere nullo planè modo dici potest. Hæc ille. At quomodo sub lege vivebant Pharisei? Id jam modo ex cap. 15. Matthæi nos edocuit Christus,

&c

& iterum edocet cap. 23. quia mittebant graviora legis, iudicium & misericordiam & fidem, purgabant exteriorem poculi patinaeque partem cum intus omnia essent plena rapina & intemperantia, similes erant sepulcris dealbatis, quae extra quidem apparent speciosa, intus plena sunt ossibus mortuorum & omni immunditie, extra apparebant hominibus iusti, intus erant pleni hypocrisis & iniquitate, quae omnia sunt verba Christi. Confer optime lector caput 15. 23. cum cap. 5. Matthæi, videbis in utroque in omnibus idem à Christo taxari & iterum agnosces in c. 5. Matthæi non novas leges ferri sed veteres à Pharisæismo repurgari. Ergo cogita ulterius cap. 7. ad Rom. dum fatetur Apostolus se aliquando sine lege vixisse, & non habuisse concupiscentiam pro peccato, nisi lex hoc dixisset & omnem cupiditatem ipsi demonstrasset, an non ipse olim Pharisæus ad eadem Pharisæorum explicationes respiciat. Sunt igitur tamen adhuc unum & idem vivere sub lege prout à Pharisæis explicabatur & pendere à declarationibus Pharisæicis.

CXLIV. Instat iterum Smalcus: qui liberatorem querit, is alius est ab eo qui liberatorem invenit. At is qui dicit Rom. 7. 24: Infelix ego homo quis liberabit me de corpore mortis huius, querit adhuc mediatorē, alter vero qui versu 25. inquit: gratias ago Deo meo per Christum Iesum, jam modo invenit liberatorem. Ergo utrunque de sese Apostolus dicere non potuit. Respondemus præter priora, tamen utraq; una, & eidem tribui posse, quia non sunt talia contradictoria quae in unum cadere non possint, suspirare plenam liberationē à tanto malo, & tamen paratam liberationem in Christo Jesu cum gratiarum actione agnoscere & prædicare. Liberationem autem contingere homini de quo loquitur Apostolus, caput 8. cum 7. ἀλλὰ λύτως coherens, ita restatur, modo in illo turbine non patiarur carnem dominari sed potius vivat non secundum carnem, sed secundum spiritum. Non igitur desperationis est, sed potius consolationis particeps suspiratio, sicut multoties liberati à periculis gratias Deo agunt & suspirant ne in ea amplius incidant.

CXLV. Instat adhuc pro Socino Smalcus, quod in nullo loco alio Paulus ita loquatur de homine renato sicut à nobis de hoc loco asseratur & cum primis respondet ad illud Gal. 5. v. 17. Caro concupiscit adversus Spiritum, spiritus autem adversus carnem. Hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quaecunq; vultis, illa faciatis: esse admonitionē ideo sibi adversari spiritum & carnem, ne fideles faciant quae velint, hoc est,

Instantia 2.
Smalcij.

Responsio.

Instantia 3.
Smalcij.

Responsio ad
5. instantiã.

Smalc. hor-
tatur Luthe-
ranos docto-
res ne studi-
um bonorũ
operum suis
auditoribus
extenuent.
Attende
Smalci.

quæ caro concupiscit, idq̄, verum esse, verbis Apostoli præcedentibus comproba-
ri, quibus ait Spiritu ambulate & concupiscentias carnis non perficietis: De-
inde locum ad Rom. 7. prorsus non permittere, ut homo carnẽ superet, siquidẽ
dicat carnem ita adversari spiritui, ut homo nunquam quod vult faciat.

CXLVI. Resp. Tamen & locus Rom. 7. docet hominẽ non pro-
bare rapidos affectus, optare contrarios bonos affectus, odisse
concupiscentias carnis, delectari lege Dei per consensum, rapi ad
peccata præter voluntatẽ, congratulari legi Dei quoad interiora,
item se servire mente legi Dei, utut caro vendita sub peccatũ, per-
petret, quæ mens reprobrat, faciat, quod non velit. Summa luctã
describit Apostolus ad Rom. in qua tamen vincit spiritus, in qua
spiritus carnẽ dominari & regnare non patitur vers. 16. 20. 22. 25.
Sic etiam ad Galatas, *caro non est otiosa, caro vult perficere concupiscen-
tiam, concupiscit adversus spiritum.* Sicut spiritus concupiscit adversus
carnem, caro opponitur spiritui sicut spiritus opponitur carni, ca-
ro vult fieri, quæ non vult spiritus & vicissim spiritus vult, quæ
non vult caro, spiritu autem ducuntur, qui non perficiunt concu-
piscenciam carnis.

CXLVII. Et affert Smalcus ex Socino descriptionem hominis
renati & non renati, ut exuscitentur homines ad vitandos *habi-
tus* peccatorum, & monet ne una manu nos idem faciamus, mox
verò alia manu meriti nimirum Christi nimia deprædicatione,
illud quod prius bene ædificaveramus, destruamus, Respondemus,
si hæc objectio jure in nos stringitur, tum etiam potuit jure ha-
bere locum olim adversus Deum ipsum. Severissimæ n. sunt ad-
monitiones ad studiũ bonorũ operũ in V. Test. & tonitrua divina
horribilia tum adversus desides sacerdotes & adversus reliquos
delinquentes. Interim tamen non potest ex scripturis omnibus
veteribus, deleri *doctrina de sacrificiis* ubi remissio peccatorũ facilis,
promissa & parata erat omnibus ad ea media divina debito & pio
modo cõfugituris, imò Deus ipse sacrificio anniversario solennis-
simo remittebat cunctis & singulis cuncta & singula peccata. Ea-
dem est methodus in Novo Testamento ubi cessarunt sacrificia
externa & successit illud, cujus typi fuerant per tot millenarios
mundi ipsamet sacrificia. Remiss. peccatorũ, gratiam Dei & vitã
æternam ex præscripto divino annunciamus omnibus benigni-
tatẽ Dei & ipsam Jesu Christi satisfactionẽ agnituris, veraq̄; fide
ample-

amplexuris, pœnitentibus & vitæ novitati diligenter incubituris. Interim tamē simul obsecram⁹ & objurgamus pro exercendis bonis operibus, etiā ex præscripto divino. Quemadmodum igitur adversarij nostri non possunt & non debent non tolerare methodum illam Veteris Testamenti, ita quoque merito non possunt invehī in similem Novi Testamenti methodum.

CLIX. Quod attinet ad bona opera negare non possumus Filiū Dei in ultimo die gravissimē compellaturum multos Theologos, qui hac in parte officij sui partibus fideliter defuncti nō fuerē & tunc post resurrectionem ex pulvere terræ plurimos agnituros se à concionatoribus olim suis turpissimē fuisse deceptos, quin & in Gehenna auditores accusaturos concionatorē & sine intermissione exprobraturos eidem, quod ipsius culpa in istum tunc communē locum devenerint, Quam pœnam inæstimabilem & ineffabilē Christus indicare voluisse videtur, cum introducit divitem petentē mitti, qui dehortetur fratres ab impia vita ne & ipsi veniant in eundē locum & isti forsā primogenito exprobrent, quod reliquos juveniliores & imperitiores ipse seduxerat, nō admonuerat, non dehortatus fuerat. Interim tamē infiniti sunt pij Theologi qui hac in parte officio suo strenuē funguntur & reportabunt laudem in illo die, quando sellæ ponentur ad iudicium & quando libri aperientur, &c.

CXLIX. Quod imprimis autem Smalcius exaggerat à nobis decipi auditores infinitos per malam interpretationē cap. 7. ad Rom. unde ex ipsius opinione à nobis inculcetur miseris auditoribus, *hominē non posse non peccare*, etiā nos sanctam requirimus à plurimis in oculis Domini prudentiam, ne præbeant scandalum: interim tamen iterū negare non possumus, & ibi & ad Galatas declarari statum naturæ corruptæ *infelicem*. Et cur non allegaretur, quod ipsamet scriptura nobis præscripsit verbis omninō dilucidissimis. Simul autem jubemus cūctos & singulos propter monita & tonitrua illa Christi & Apostolica diligenter inculcanda esse vigilantissimos. *Nisi justitia vestra abundaverit, nō potestis ingredi in regnū cœlorū estote perfecti sicut est pater vester in cœlis. Nemo potest duobus Dominis servire, Non omnis qui dicit mihi Domine Domine introibit in regnū cœlorū, sed qui facit voluntatē patris mei, qui est in cœlis. Nūc scripsi vobis ne commisceamini si quis cum frater nominetur, deteriora meretur supplicia, qui Filiū Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutū dixerit, Qui non audit Ecclesiam, sit tibi velut Ethnicus, Est peccatum ad mortem, pro illo dico ut non ores, & quæ his similia sunt infinita alia.* CL.

CL. Videat etiam Smalcus inter disputationes ipsaemet super Augustanam confessionem in tertio libello disputationem quartam & cum primis à thesi 47, & deinceps, ut de alijs taceam, & cognoscat speramus, à Franzio hac in parte nihil committi, cujus ipse eum accusare queat in hac vita, vel, cujus causa ipsum non potius probaturus sit in resurrectione mortuorum universali, & in judicio extremo ipse Filius Dei Dominus noster Jesus Christus, judex vivorum & mortuorum, scrutator cordis & renum. Et ut in eadem parte suis officiis satisfaciant, & olim illud *Euge serve bone* cum gaudio audire possint alii, scriptis, lectionibus & concionibus suis privatisq; colloquiis & literis quantum urgeat testimonia auditorum & bonorum multorum citare potest, præter bonam suam conscientiam Filio Dei in quasvis horas de hac re non incognitam, etsi interim ut ipse & alij nostrarum partium fideles operarij in sese ne vos suos deprehendant, & deprecantur.

CLI. Summarim germanum fratrem in Christo pernegamus nisi simul facere ex toto corde statuat volutatè Domini citra hypocrisin in gloriã Domini sui, tanquã corã facie Jesu Christi, sine qua pietate studio neglectã & ex proæresi intermissã & contrariis impietatibus pollutã etiam profundissimæ Theologiæ notitiã & eloquentiam Angelicam putamus esse damnabilem. Neq; enim placebit Christo qui theoreticè theologizare volupe sibi duxit, interim præcepta ejus non digito tangere sustinuit. *Si dicente me ad impium morte morieris, non annuntiaveris ei, ipse impius in iniquitate sua morietur SANGVINEM autem ejus DE MANU TVA REQVIRAM.*

CLII. Cũ igitur hac in parte in sese Theologi fideles desiderari nihil quicquam sint passuri, nunc sub finem Smalcio in mentem revocandum ducimus illud. Ut ut ubiq; paginarum in suo scripto adversus Franzium & sub ejus latete adversus doctrinam Augustanæ cõfessionis, adeoq; Lutheranarum Ecclesiarum aculeatis diæteriis pugnare sibi volupe duxit, tamẽ nos exoptamus ut nõ tantũ bona opera spectet sed etiã in principali articulo de justificatione, cujus unius gratia hic commentarius contexi cœpit, argumentũ pro merito Christi petitũ à sacrificijs & satis dilucide declaratũ ipse quoq; penitissimè inspiciat, ruminet, æstimet, expendat, dijudicet, & si veritatẽ agnoverit, Deo & Domino nostro Jesu Christo gloriam dare ne cesset.

FINIS & Domino nostro Jesu Christo sacrificijs veteribus unice adumbrato laus & honor in seculorum æternorũ æternas perennitates, AMEN.

94 A 7382

ULB Halle

3

002 183 692





Sb.

VD 17

21,7.99 Bd.







47

DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM

De

SACRIFICIIS SATISFACTIONIS CHRI-

STI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

Adversus recentiores Arianos seu Photinianos Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes

VICESIMA & postrema. *P*

Rationem genuinum sensum duorum oraculorum sacro-
rum (Rom. 3, 28. Fide justificari absq; operibus legis, Gal. 2, 21. Si per
legem est iustitia, frustra mortuus est Christus,) adversus
Photinianos vindicandi demonstrans.

QVÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo arcis
ad d. 6. Martij Anno clō 10 cxxvi. in incluta VViteber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLFANGO FRANZIO, S. S.

Theologiæ Doctore, & Professore Publico.

RESPONDENTE

M. ABRAHAMO HEINECCIO

Wittebergensi.

VViteberge, Typis Johannis Gormanni.